C ë
2548, d

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-141703-p0001-7

Συλλογοθεία τῆς ἄλλης τοῦ παιδείας
ηεφάλαιον.

D f 103

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-141703-p0003-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-141703-p0004-3

EPICTETI STOICI PHILOSOPHI ENCHEIRIDION

Item,

CEBETIS THEBANI Tabula

De vita humana prudenter instituenda.

HIERONYMO WOLFIO INterprete, cum eiusdem Annotationibus.

Cum gratia & priuilegio Sac. Cæs. Maiest.

COLONIÆ, In Officina Birckmannica,
Sumtibus Arnoldi Mylii

Anno M. D. XCVI.

Gymnasium Quedlinburg

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

ILLVSTRI DOMINO

D. FERDINANDO XI-

MENIO, PORTVGALLO,

EQVITI AVRATO, ORDINIS

S. STEPHANI,

Dn. ROCHETARVM ET

ET S. MESANI,

DOMINO AC COMPATRI SVO,

OB SINGVLAREM PHILOSO-

PHIÆ AMOREM,

HOC

EXCELLENTISSIMI

PHILOSOPHI ENCHIRI-

DION, SVO SVMTV, ET CV-

RA IN LVCEM EDITVM,

ARNOLDVS MYLIVS L.

M. DEDICABAT.

EPICTETI VITA.

Epictetus, Stoicæ ſectæ philoſophus, Hierapolitanus patria fuit (eſt autem Hierapolis Phrygiæ vrbs, non longe a Laodicea ſita) conditione ſeruus, vt in noctibus Atticis etiam teſtatur Aulus Gellius, Seruiuit enim Romæ Epaphrodito cuidam Neronis familiari. Vir ſanctiſſimæ & integerrimæ vitæ: alieniſſimus ab omni faſtu & arrogantia: quibus tamen vitiis omnes fere laborarunt philoſophi. Tantæ autem fuit apud omnes exiſtimationis & famæ, vt lucerna eius fictilis tribus drachmarum millibus diuendita olim fuiſſe feratur. Meminit huius & Lucianus Græcus auctor, ſed cum laude, cum iſtamen nulli philoſophorum ſatis æquus fuerit, vt pote irriſor deorum & hominum, quo loco & lucernæ Epicteti mentionem facit: ſic enim habet

in

in Dialogo, πρὸς τὸν ἀπαίδευτον, καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον, *id est, ad ineruditum, & multos coementem libros. Et nostra, inquit, ætate fuit quis, & adhuc supereresse opinor, qui Stoici Epicteti fictilem lucernam ter mille drachmis emit. Sperabat enim, opinor, & ille, si noctu ad eam lucernam legeret, continuo & Epicteti sapientiam in somnis se adepturum, & similem se fore admirandi illius senis. Hactenus Luciani verba. Summam totius philosophiæ duobus his verbis contineri dicebat,* Ανέχου καὶ ἀπέχου, *id est, Sustine & abstine. Domitiano autem imperante vel offensus eius tyrannide, vel coactus ob senatusconsultum de pellendis vrbe Philosophis, Roma Hierapolim commigrauit. Commoratus autem dicitur Romæ vsque ad tempora Marci Antonini.*

ΕΣ ΕΠΙΚΤΗΤΟΝ.

Λεωνίδου.

Δοῦλος Επίκτητος γενόμην, καὶ σῶμ' ἀνάπηρος,
Καὶ πενίην Ιρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

Ες τὸ Εγχειρίδιον.

Μῆτιν Ε' πικτήτοιο τεῷ ἐνικάτθεο θυμῷ.
Οφρακὲν εἰσαφίκοιο καὶ οὐρανίους κενεῶνας,
Ψυχὴν ὑψικέλευθον ἐλαφρίζων ἀπὸ γαίης.

Ἄλλο.

Ὅς κεν Επικτήτοιο σοφὴν τελέσειε μενοινὴν,
Μειδίαα βιότοιο γαληνιόων ἐνὶ πόντῳ.
Καὶ μετὰ ναυτιλίην βιοτήσιον, εἰσαφικάνει.
Οὐρανίην ἀψῖδα καὶ ἀστερίην περιωπήν.

LEONIDAS DE EPICTETO.

Seruus Epictetus, mutilati corporis, Irus
Pauper: at hæc inter carus eram ſuperis.

In Epicteti Enchiridion.

Mente tene memori præcepta ſalubria vitæ,
Quæ dat Epictetus: terrenas deſpice curas,
Sublimes animos ſuper ardua ſidera tollens.

Aliud.

Quiſquis Epicteti ſapientia dicta tuetur,
Infeſti pelagi ſecura mente procellas
Ridet: & in portum ſubducta naue, peracto
ÆEtatis ſpatio, cæleſti ſede quieſcit.

OPVSCVLI HVIVS IN TRES Tomos diuisi Dispositio.

Primus ipsum Enchiridion,& tabulam Cebetis, Græce Latineque continet, cum breuibus annotationibus, & aliis nonnullis.

Alter habet scholia e Simplicio decerpta, vna cum Epicteti & Hadriani Aug.dialogo,& sententiis Epicteti, aliorumque Stoicorum, quæ hinc inde citantur.

Tertius & postremus ea complectitur, ex Arriano collecta,quę loca Enchiridii ob breuitatem obscuriora vel declarant, vel copiosius tractant.

ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ.

EPICTETI ENCHIRIDION, SIVE PVGIO: HIERONYMO WOLFIO INterprete.

Partitio rerum.

CAP. I. ΚΕΦ. α.

ΤΩΝ ὄντων τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. ἐφ' ἡμῖν μὲν, ὑπόληψις, ὁρμὴ, ὄρεξις, ἔκκλισις· καὶ ἐν ὀλίγῳ, ὅσα ἡμέτερα ἔργα. οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ, τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις, δόξαι, ἀρχαὶ· καὶ ἐν ὀλίγῳ, ὅσα οὐχ ἡμέτερα ἔργα.

REs quædam in poteſtate noſtra ſunt: quędam nō ſunt. In noſtra poteſtate eſt, opinio, appetitio, deſiderium, auerſatio: &, vt vno complectar verbo, quælibet noſtræ actiones. Noſtri arbitrij nō ſunt, corpus, pecunia, gloria, imperia: ad ſummam, ea quæ ipſi non agimus, omnia.

Natura & conditio rerum.

CAP. II. ΚΕΦ. β.

ΚΑὶ τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν ἐστὶ φύσει ἐλεύθερα, ἀκώλυτα,

AC ea quidem quæ nobis parent, libera ſunt

ἀπαρεμπόδιστα. τὰ δὲ σὸν ἐφ' ἡμῖν, ἀσθενῆ, δοῦλα, κωλυτά, ἀλλότρια.

natura sua: nec prohiberi ab vllo, nec impediri possunt. In quæ autem ipsi ius nullum habemus, ea sunt infirma, obnoxia seruituti, obnoxia impedimentis, aliena.

Veri prauique inuicii effectus.

ΚΕΦ. γ.

CAP. III.

ΜΕμνησο οὖν, ὅτι ἐὰν τὰ φύσει δοῦλα ἐλεύθερα οἰηθῇς, καὶ τὰ ἀλλότρια ἴδια, ἐμποδισθήσῃ, πενθήσεις, παραχθήσῃ, μέμψῃ καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους. ἐὰν δὲ τὸ σὸν μόνον οἰηθῇς σὸν εἶναι, τὸ δὲ ἀλλότριον ὥσπερ ἔστιν ἀλλότριον, οὐδείς σε ἀναγκάσει οὐδέποτε, οὐδείς σε κωλύσει, οὐ μέμψῃ οὐδένα, οὐκ ἐγκαλέσεις τινί, ἄκων πράξεις οὐδὲ ἕν, οὐδείς σε βλάψει, ἐχθρὸν οὐκ ἕξεις· οὐδὲ γὰρ βλαβερόν τι πείσῃ.

PROINDE memento, si ea quæ natura seruiunt, libera putaris, & aliena pro tuis habueris: fore vt impediaris, lugeas, perturberis, deos hominesque accuses. Sin id solum tuum existimaris, quod tuum est: aliena vero, vt sunt, aliena: tenemo coget vnquam, nemo impediet, neminem accusabis, neminem criminaberis, nihil ages inuitus, nemo te lædet, inimicum non habebis. Neque enim vllam calamitatem accipies.

1 *Animaduersio excitanda, & præparatio diligens adhibenda.*

2 *Idem virtuti & vanitati seruire non potest.*

ΚΕΦ. δ.

CAP. IIII.

ΤΗλικαῦτα οὖν ἐφιέμενος, μέμνησο ὅτι οὐ δεῖ οὐδὲ μετρίως κεκινημένον ἅπτεσθαι αὐτῶν· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀφιέναι παντελῶς, τὰ δ' ὑπερτίθεσθαι πρὸς τὸ παρόν. ἐὰν δὲ καὶ ταῦτ' ἐθέλῃς, καὶ ἀρχὴν καὶ πλουτεῖν, τυχὸν μὲν οὐδὲ αὐτῶν τούτων τύχῃ, διὰ τὸ καὶ τῶν πρότερον ἐφίεσθαι. παντὸς γε μὴν κρείττων ἀποτύχῃ, δι' ὧν μόνον οὐ-

ICVM igitur tantas res appetas, sic eas suscipiendas esse memento, vt sis non mediocriter incitatus, atque alia penitus relinquenda, alia in præsentia omittenda censeas. Quod si & illas desideraris, & magistratus etiam atque opes appetieris, & tuos florere volueris: 2 fortasse ne hæc quidem

quidem assequeris, propter earum, quas ante diximus, cupiditatem: iis certe omnino excides, per quas solas felicitas & libertas comparatur.

δαιμονία καὶ ἐλευθερία περιγίνεται.

Assensus antè rem perspectam sustinendus.

CAP. V.

ΚΕΦ. ε.

ITAQVE viso cuiuis aspero, statim sic vt respõdeas, operam dabis: visum id esse, nec plane id quod videatur. post in exquirendo eas adhibeto regulas, quas habes: eamque cum primis ac potissimum, Vtrum id visum in rebus versetur nostræ potestati subiectis, an vero alienis? Quod si in alienis: in promtu sit, illud ad te nihil attinere.

Ἐγηγὺς ἦν πείσῃ φαντασίᾳ τραχείᾳ μελέτα ἐπιλέγειν. ὅτι φαντασία [ἐστὶ] εἶ, καὶ οὐ πάντως τὸ φαινόμενον. ἔπειτα ἐξέτασε τοῖς κανόσι τούτοις, οἷς ἔχεις. πρῶτον δὲ τοῦτο, καὶ μάλιστα, πότερον περὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, ἢ περὶ τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. καὶ ἐὰν περί τι τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ᾖ, πρόχειρον ἔστω τὸ, διότι οὐδὲν πρός σε.

Irrita incommodorum fuga calamitosum, frustratio cupiditatum infortunatum facit.

CAP. VI.

ΚΕΦ. ς.

APPETITIONIS cam esse pollicitationē memento, fore vt consequatur id quod appetat: Auersationis, ne in id incidat quod auersetur. Is porro quem appetitio frustratur, infortunatus est: qui in id incidit quod auersatur, calamitosus. Itaque si ea solum auerseare, quæ eorum naturæ quæ in tua potestate sunt, repugnant: in eorum quæ auersaris, nihil incides. At si morbum auerseris, aut mortem, aut inopiam: calamitatem subibis.

Μέμνησο ὅτι ὀρέξεως μὲν ἐπαγγελία, τὸ ἐπιτυχεῖν, οὗ ὀρέγῃ. ἐκκλίσεως δὲ ἐπαγγελία, τὸ μὴ ἐμπεσεῖν οἷς ἐκκλίνεται. καὶ ὁ μὲν ὀρεξάμενος ἀποτυγχάνων, ἀτυχής· ὁ δὲ ἐκκλίνων [ὃ μὴ ἐκκλίνει.] περιπίπτων, δυστυχής. εἰ μὲν οὖν μόνα ἐκκλίνοις τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐπὶ σοί, οὐδενὶ ὧν ἐκκλίνῃς περιπεσῇ. νόσον δ' εἰ ἐκκλίνοις, ἢ θάνατον, ἢ πενίαν, δυστυχήσεις.

Tiro doctrinæ virtutis, ne nimium sibi assumat.

ΚΕΦ. ζ.

Ἆρον ἂν τὴν ἔκκλισιν ἀπὸ πάντων τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ μεταθὲς ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐφ' ἡμῖν. τὴν ὄρεξιν δὲ παντελῶς ἐπὶ μὲ παρόντω ἄνελε. οὐ γὰρ ὀρέγῃ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν τινος, ἐτυχεῖν αὐτάγκη. τῶν δ' ἐφ' ἡμῖν, [ὅσων] ὅσον ὀρέγεσθαι καλὸν αὐ, οὐδέπω σοι πάρεστι. μόνῳ δὲ τῷ ὁρμᾶν καὶ ἀφορμᾶν χρῶ, κἄφως μὴν τοι, καὶ μεθ' ὑποχωρήσεως, καὶ ἀνειμένως.

Cap. VII.

Auersationem igitur ab iis rebus amouebis omnibus, quæ in nobis sitæ non sunt: atque in eas transferes, quæ naturæ eorum, quæ nostri arbitrij sunt, repugnant. Appetitionem autem hoc tempore prorsus auferto. nam si ea quæ nostri arbitrij non sunt, desideraris, frustrari necesse erit. Ea vero quæ nobis parent, quatenus recte possint expeti, nondum es assecutus. Sed eo tantum vtitor motu animi, quo vel accedas ad eas res, vel ab iisdem recedas: verum leuiter, & cum imminutione, & remisse.

Adamatæ rei naturæ considerandæ.

ΚΕΦ. η.

Ἐφ' ἑκάστου τῶν ψυχαγωγούντων, ἢ χρείας [παρεχόντων] παρεχόντων, ἢ στεργομένων, μέμνησο ἐπιλέγειν, ὁποῖόν ἐστιν, ἀπὸ τῶν σμικροτάτων ἀρχόμενος. αὖ χύτραν στέργῃς, ὅτι χύτραν στέργεις· κἂν τραγείσης γὰρ αὐτῆς, ἀ ταραχθήσῃ. αὖ [παιδία] παιδίον σαυτὸ καταφιλῇς, ἢ γυναῖκα, ὅτι ἄνθρωπον καταφιλεῖς· ἀποθανόντος γὰρ αὐτό, ἀ ταραχθήσῃ.

Cap. VIII.

Singvlis in rebus, quę vel delectãt, vel vsui seruiunt, vel diliguntur: memento considerare cuiusmodi sint, exorsus a minutissimis. Si ollam * diligis, te ollam diligere. nam ea confracta, non perturbaberis. Si filiolum, aut vxorem: hominem a te diligi. nam eo mortuo, non perturbaberis.

Adiuncta cuiusq; negotii considerandæ.

ΚΕΦ. θ.

Ὅταν ἄψασθαί τινος ἔργου μέλλῃς, ὑπόμνησον σαυτὸν, ὁποῖόν ἐστι τὸ ἔργον. ἐὰν

Cap. IX.

Opvs aliquod aggressurus, ipse tibi subiicito, cuiusmodi sit illud opus. Si lauatum

lauatum abieris, ea tibi proponito, quę fiunt in balneo: alios perfundi, alios loco pelli, alios conuitia facere, alios furari. Sic tutius rem aggredieris, si ipse tibi dixeris: Et statim lauabo, & meum institutum naturæ congruens conseruabo. Eodemque modo in vnoquoque negotio. Sic enim, si quid impedimento lauationi tuę fuerit, in promtu erit. Equidem non solum volui: sed & institutum meum, naturæ consentaneum, tueri volui. Neque vero tuebor, si ea quæ fiunt, ægre tulero.

λουσόμενον ἀπίῃς, προέλαβε σεαυτῷ τὸ γινόμενα ἐν βαλανείῳ· τοὺς ἀπορρέοντας, τοὺς ἐγχεομένους, τοὺς λοιδορουμένους, τοὺς κλέπτοντας. καὶ ὅπως ἀσφαλέστερον ἄψῃ τοῦ ἔργου, ἐὰν ἐπιλέξῃ, ὅτι οὕτως λούσασθαι θέλω· καὶ τὴν ἐμαυτοῦ προαίρεσιν κατὰ φύσιν τηρῆσαι. καὶ ὡσαύτως ἐφ' ἑκάστου ἔργου ἐπὶ γὰρ, ἐὰν ἡ τι προσκόπτον λούσασθαι ἐμποδὼν, προέχειρον ἕξω, διότι [ἀλλ' ὁ] οὐ τοῦτο ἤθελον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐμαυτοῦ προαίρεσιν κατὰ φύσιν ἔχουσαν τηρῆσαι. οὐ τηρήσω δὲ, ἐὰν ἀγανακτῶ πρὸς τὰ γινόμενα.

1 *Opinionibus, non ipsis rebus perturbamur.*
2 *Sapiens sine querela.*

CAP. X. ΚΕΦ. ι.

1 HOMINES perturbantur non rebus: sed iis quas de rebus habent, opinionibus. Verbi causa: Mors non est malum. alioqui enim & Socrati ita visum esset. Sed opinio de morte, quæ malum eam facit. Cum igitur impedimur, aut distrahimur: non alios culpemus, sed nosmetipsos, hoc est, nostras opiniones. Alios accusare in calamitate sua, hominis est ineruditi: 2 seipsum, eius qui erudiri cœpit: nec se, nec alium, eruditi.

ΤΑ πράγματα τοὺς ἀνθρώπους, οὐ τὰ πράγματα, ἀλλὰ τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα. οἷον θάνατος οὐδέν [δεινόν, καὶ Σωκράτει αὐ ἐφαίνετο· ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ θανάτου, [ὅταν ἐμποδίζωμεν. ἢ ταραττώμεθα.] ὅτι δεινόν. ὅταν οὖν ἐμποδιζόμεθα, ἢ ταραττόμεθα, μηδέποτε ἄλλους αἰτιώμεθα, ἀλλ' ἑαυτούς, τουτέστι τὰ ἑαυτῶν δόγματα. ἀπαιδεύτου ἔργον, τὸ ἄλλοις, ἐγκαλεῖν, ἐφ' οἷς αὐτὸς πράσσειν κακῶς. πρώτως παιδευομένου, τὸ ἑαυτῷ. πεπαιδευμένου, τὸ μήτ' ἄλλῳ, μήθ' ἑαυτῷ.

1 Animi bonis, non fortunæ muneribus gloriandum.
2 Vsus visorum hominis proprius.

ΚΕΦ. ια.

Ἐπὶ μηδενὶ ἐπαρθῇς ἀλλοτρίῳ ἀγαθῷ. εἰ ὁ ἵππος ἐπαιρόμενος ἔλεγεν αὐτῷ, ὅτι καλός εἰμι, ἀνεκτὸν ἂν ἦν. σὺ δ' ὅταν λέγῃς ἐπαιρόμενον, ὅτι ἵππον καλὸν ἔχω, ἴσθι ὅτι ἐπὶ ἵππῳ ἀγαθῷ ἐπαίρῃ. τί οὖν ἐστι σόν; χρῆσις φαντασιῶν. ὥστ' ὅταν εὖ χρῆσθαι φαντασιῶν κατὰ φύσιν χρῇς, τότε μὲν ἐπαρθήσῃ· τότε γὰρ ἐπὶ τῷ ἀγαθῷ ἐπαρθήσῃ.

CAP. XI.

INVLLA aliena præstantia efferaris animo. Si equus semet iactans diceret, Sum pulcer: ferendum esset. Tu vero cum insolenter gloriaris, te pulcrũ equum habere: scito, equo te bono superbire. Quid igitur est tuum? 2 Vsus visorum. Quapropter cum in vsu visorum ita moratus fueris, quemadmodum natura postulat, tum effereris. Tum enim aliquo tuo bono lætaberis.

Animo in Deum intento, rebus cæteris obiter vtendum.

ΚΕΦ. ιϛ.

Καθήμενος ἐν πλῷ, καὶ πλοίου καταχθέντος, ἂν ἐξέλθῃς ὑδροποιησόμενος, ὁδὸν ἅμα πάρεργον, καὶ κοχλίδιον ἀνάλεξαι, ἢ βολβάριον [τι τοιοῦτον] τετιῆσθαι δεῖ τῇ διανοίᾳ ἐπὶ τὸ πλοῖον, καὶ συνεχῶς ἐπιστρέφεσθαι, μήποτε [σε] ὁ κυβερνήτης καλέσῃ· καὶ τότε πάντα σκεῦνα ἀφιέναι, ἵνα μὴ δεδεμένος συνελημφθῇς, ὡς τὰ πρόβατα ὕτω καὶ ἐν τῷ βίῳ, ἐὰν διδῶται σοὶ βολβίου καὶ κοχλιδίου γυναικάριον καὶ παιδίον, δέξεται κωλύσει. ἐὰν δ' ὁ κυβερνήτης καλέσῃ, πρόσχες ἐπὶ τὸ πλοῖον, ἀφεὶς σκεῦνα πάντα, μηδὲν ἐπιστρεφόμενος. ἐὰν δὲ

CAP. XII.

QVEMADMODVM in nauigatione, subducto nauigio, si aquatum exieris, obiter fortassis etiam cochleolam colliges, aut bulbum: animo autem in nauigium intento esse oportet, ac continenter solicito, ne gubernator vocet: ac tum illa omnia relinquere, vt ne vinctus tanquam oues in nauim coniiciaris. Ita etiam in vita, si tibi vice cochleæ aut bulbi, detur vxorcula & puer: nihil impediet. At si gubernator vocarit, curres ad nauim, relictis illis omnibus: neque respicies. Quod si senex es, caue vnquam

quam a naue recedas longius: ne quando vocatus, deficias.

χέρων ἧς, μηδὲ ἀπαλλαγῆς ποτὲ τοῦ πλοίου μακρόθεν, μή ποτε κληθεὶς ἐλλίπῃς.

1 Non optandum frustra, quod fieri nequit.
2 Animus bene institutus, nulla re impeditur.

CAP. XIII. ΚΕΦ. ιγ.

1 NE postules, ea quæ fiunt, arbitratu tuo fieri. Sed, si sapis, ita fieri quæque velis, vt fiunt. Morbus est corporis impedimentum, instituti non item, nisi ipse velis. Claudicatio, pedis est impedimentum: instituti non item. 2 Quod si singulis in rebus, quæ incidunt, consideraris: inuenies eas alterius cuiuspiam rei, non tui, esse impedimentum.

Μὴ ζήτει τὰ γινόμενα γίνεσθαι ὡς θέλεις. ἀλλὰ θέλε γίνεσθαι τὰ γινόμενα ὡς γίνεται, καὶ εὖ ποιήσεις. νόσος σώματός ἐστιν ἐμπόδιον· προαιρέσεως δὲ οὔ, ἐὰν μὴ αὐτὴ θέλῃ. χώλανσις, σκέλους ἐστὶν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ οὔ. καὶ τοῦτο ἐφ' ἑκάστου τῶν ἐμπιπτόντων ἐπίλεγε· εὑρήσεις γὰρ αὐτὸ ἄλλου μὲν ἐμπόδιον, [σὸν] σοῦ δὲ οὔ.

Animi vires aduersis rebus & prauis cupiditatibus opponendæ.

CAP. XIIII. ΚΕΦ. ιδ.

QVICQVID inciderit, in eo memento, ad te conuersus, inquirere, qua facultate sis ad vsum eius instructus. Si quem formosum formosamve videris: ad eam rem temperantiæ facultas in promtu erit. Si labor obiectus fuerit, tolerantiam reperies. Si conuicium, patientiam inuenies. Quod si te ita consuefeceris: visis non obtemperabis.

Ἐφ' ἑκάστου τῶν προσπιπτόντων, μέμνησο ἐπιστρέφων ἐπὶ σαυτὸν ζητεῖν, τίνα δύναμιν ἔχεις πρὸς τὴν χρῆσιν αὐτοῦ. ἐὰν καλὸν ἴδῃς, ἢ καλῶν, εὑρήσεις δύναμιν πρὸς ταῦτα ἐγκράτειαν. ἐὰν πόνος προσφέρηται, εὑρήσεις καρτερίαν. αὖ λοιδορία, εὑρήσεις ἀνεξικακίαν. καὶ ἔτως ἐθιζόμενον σε, οὐ συναρπασθήσονται αἱ φαντασίαι.

Non amittimus nostra, sed Deo sua restituimus.

ΚΕΦ. ιδ.

Μηδέποτε ἐπὶ μηδενὸς εἴπῃς, ὤλεσα αὐτό, ἀλλ' ὤλεσα ἀπέδωκα. τὸ παιδίον ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. τὸ χωρίον ἀφῃρέθη; ἔκαμε καὶ τοῦτο ἀπεδόθη; ἀλλὰ κακὸς ὁ ἀφελόμενος. τί δέ σοι μέλει, [διὰ τί] διὰ τίνος σοι ὁ δὸς ἀπῄτησε; μέχρι δ' αὐτὸ διδῷ, ὡς ἀλλοτρίῳ αὐτῷ ἐπιμελοῦ, ὡς τὰ παρόδεια οἱ παριόντες.

CAP. XV.

NVNQVAM te quicquam perdidisse dicito, sed reddidisse. Filiolus obiit? redditus est. Prædium est ereptum? an non id quoque est redditum? At improbus est qui eripuit? Quid id tua refert, per quem, is qui dederat, abs te repetierit? Sed quandiu concesserit, tãquam alienum, id curato, vt cauponam viator.

Animi cultura cætera omnia posthabenda.

ΚΕΦ. ιε.

Εἰ φαντάσαι θέλεις, ἄφες τὰς πιούσας διαλογισμούς· ἐὰν ἀμελήσω τῶν ἐμῶν, οὐκ ἔξω διατροφάς· ἐὰν μὴ κολάσω τὸ παῖδα, πονηρὸς ἔσαι. κρεῖσσον γὰρ λιμῷ ἀποθανεῖν, ἄλυπον καὶ ἄφοβον γινόμενον, ἢ ζῆν ἐν ἀφθόνοις ταραττόμενον. κρεῖττον δ', τὸν παῖδα κακὸν εἶναι, ἢ σε κακοδαίμονα.

CAP. XVI.

SI quid proficere studes, istiusmodi cogitationes missas facito: Si mea neglexero, non erit vnde viuam: Nisi puerum castigaro, malus erit. Præstat enim perire fame, timoris ac molestiæ expertem: quam copiis omnium rerum circumfluentem, animo viuere perturbato. Et puerum malum esse præstat, quam te infelicem.

1 *A contemtu vilium rerum ad maiora veniendum.*
2 *Exspectanda ingrata.*

ΚΕΦ. ιζ.

Ἄρξαι τοιγαροῦν ἀπὸ τῶν μικρῶν. σήκεται τὸ ἔλαιον; κλέπτεται οἰνάριον; ἐπίλεγε, ὅτι τοσούτου πωλεῖται ἀπάθεια, τοσούτου ἀταραξία· οὐθὲν γὰρ δωρεὰν εὑρίσκεται, ὅταν δὲ κα-

CAP. XVII.

1 A Paruis igitur auspicare. Oleum effunditur? villum furripitur? Subiice tibi: Tanti vænit tranquillitas, tanti constantia: gratis autẽ nihil acquiritur.

2 Cum

1 Cum vero puerum vocas, fieri posse cogita, vt præsto non sit: &, vt sit, nihil agat ex animi tui sententia. Neq; vero ei tam bene sit, vt tuarum perturbationum habeat ille potestatem.

λῆς τὸν παῖδα, ἐνθυμοῦ ὅτι δύναται μὴ ὑπακοῦσαι· καὶ ὑπακούσας, μηδὲν ποιῆσαι [ὡς] ὧν θέλεις. καὶ ἔχ ὅπως ἐστὶν αὐτὸν καλῶς, ἵνα ἐπ' ἐκείνῳ ᾖ, τό σε [μὴ ταράσσειν] ταράσσεσθαι.

1 Æquo animo ferenda, mala de nobis vulgi existimatio.
2 Plura simul curare, difficile.

CAP. XVIII.

1 SI quid proficere vis, ne recusa quo minus ob res externas, amẽs & fatuus habearis. Ne quid scire videri velis. Quod si quis aliis esse videaris: ipse tibi diffidito. 2 Scito enim facile non esse, institutum tuum in eo statu, qui sit naturæ consentaneus, conseruare, & res externas amplecti: sed aliter non posse fieri, quin is, alterum qui curet, alterum negligat.

ΚΕΦ. ιη.

1 ΕΙ προκόψαι θέλεις, ὑπόμεινον, ἕνεκα τοῦ ἐκτὸς αὐτὸς δόξαι, καὶ ἠλίθιος. μηδὲν βούλου δοκεῖν ἐπίστασθαι. κἂν δόξῃς [τινὸς εἶναί τι σὺν] τισὶ εἶναί τις, ἀπίστει σεαυτῷ. ἴσθι γὰρ, ὅτι εὔκολον, τὸ μὴ ῥᾴδιον, καὶ τοῦτο προαίρεσιν τοῦ σεαυτοῦ καὶ φύσιν ἔχουσαν φυλάξαι, καὶ τὰ ἐκτὸς· ἀλλὰ τὸν ἑτέρου ἐπιμελούμενον, καὶ ἑτέρου ἀμελήσαι, πᾶσι ἀνάγκη.

Frustra cupimus inuiolata conseruare, quæ nostri iuris non sunt.

CAP. XIX.

SI in id studes, vt liberi tui, vxor, amici, perpetuo viuant & floreant, stultus es. Nam quæ in tua potestate non sunt, ea in potestate tua esse vis, & aliena esse tua. Sic etiam si puerum peccare non vis, stultus es. Id enim postulas, vt vitium non sit vitium, sed quiddam aliud.

ΚΕΦ. ιθ.

ΑΝ θέλῃς τὰ τέκνα σου, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τοὺς φίλους σου πάντοτε ζῆν, ἠλίθιος εἶ. τὰ γὰρ μὴ ἐπί σοι, [εἰ θέλ.] θέλεις ἐπί σοι εἶναι· καὶ τὰ ἀλλότρια σὰ [εἶναι, μωρὸς εἶ] εἶναι. ὅτου κἂν τὸν παῖδα θέλῃς μὴ ἁμαρτάνειν, μωρὸς εἶ· θέλεις γὰρ τὸν κακίαν μὴ εἶναι κακίαν, ἀλλ' ἄλλο π. οὐ δὲ θέλῃς ὁρισμένος

μὴ δ' ἀποτυγχάνειν, τοῦτο δυ'ασ- At si eo quod appetis, fru-
παι. τοῦτο ἔν ἄσκει, ὃ δυνάσαι. strari non vis: hoc quidem potes.

Dominus quis.

ΚΕΦ. κ. CAP. XX.

ΚΥριος ἑκάστου ἐστὶν, ὁ τῶν ἐπ' ἐκείνῳ θελομένων, ἢ μὴ θελομένων ἔχων τὴν ἐξουσίαν εἰς τὸ ὠφελεῖσθαι ἢ ἀφελεῖσθαι. ὅστις οὖν ἐλεύθερος εἶναι βέλτιστε, μήτε θελέτω τι, μήτε φοβείτω τι τῶν ἐπ' ἄλλοις, εἰ δὲ μὴ, δουλεύειν ἀνάγκη.

CViusque dominus is est, qui ea quę ipse vult, aut non vult, potestatem habet vel conseruandi, vel eripiendi. Quisquis igitur liber esse volet, neque cupiat quicquam, neque auersetur eorum quę penes alios sunt. Sin minus, seruire necesse erit.

Quæ dantur, accipienda: quæ negantur, non appetenda.

ΚΕΦ. κα. CAP. XXI.

ΜΕμνησο, ὅτι ὡς ἐν συμποσίῳ, δεῖ σε ἀναστρέφεσθαι. διαφερόμενον λέγονί τι καὶ σε; ἐπιδίνας τὴν χεῖρα, καὶ σὺ μεταλάβοις. παρέρχεται; μὴ κράτεχε. οὔπω ἥκει; μὴ ἐπίβαλλε πόρρω τὴν ὄρεξιν, ἀλλὰ πρόβαλλε, μέχρις ἂν γένηται καὶ σε. οὕτω πρὸς τέκνα. οὕτω πρὸς γυναῖκα οὕτω πρὸς ἀρχὰς, οὕτω πρὸς πλοῦτον, καὶ ἔσῃ ποτὲ ἄξιος τῶν θεῶν συμπότης. ἂν δὲ καὶ παρεθέντων σοι μὴ λάβῃς, ἀλλὰ καταφρονήσῃς, τότε οὐ μόνον συμπότης τῶν θεῶν ἔσῃ, ἀλλὰ καὶ συνάρχων. οὕτω γὰρ ποιοῦν Διογένης καὶ Ἡράκλειτος, καὶ οἱ ὅ-

MEmento sic in vita esse versandum, tanquam in conuiuio. Si quid circunferendo ad te peruenerit, porrecta manu partem modeste capito. Præterit? Ne detine. Nondum adest? Ne longe appetitum extēdito: sed exspecta, dum ad te perlatum fuerit. Sic erga liberos, sic erga coniugem, sic erga magistratus, sic erga diuitias si affectus fueris: aliquando dignus eris conuiuio deorum. At vero si oblata etiam non acceperis, sed despexeris, non conuiua deorum modo, sed & imperij consors eris. Sic enim cum facerent Diogenes, Heraclitus, & similes, merito diui-

ni vt

ni vt erant, ita & dicebantur.

μθιοι, ἀξίως θεῖοί τι ἦσαν, καὶ ἐλέχθη.

Humanitatis ita habenda ratio, vt animi tranquillitas retineatur.

CAP. XXII.

CVm eiulantem quempiam videris in luctu, siue peregre profecto filio, siue rebus amissis: caue ne te visum illud moueat, vt existimes versari cum in malis ob externa. sed statim ipse tecum distinguito, sitque in promtu vt dicas: Istum affligit non casus ille (alium enim non affligit) sed concepta de eo opinio. Ac oratione quidem tua eius perturbationi subseruire, ne dubita: atque adeo, si res ita tulerit, congemiscere. Caue autem, ne intrinsecus etiam congemiscas.

ΚΕΦ. κϛ.

Ὅταν κλαίοντα ἴδῃς τινὰ ἐν πένθει, ἢ ἀποδημοῦντα τέκνα, ἢ ἀπολωλεκότα τὰ ἑαυτοῦ, πρόσεχε μή σε ἡ φαντασία συναρπάσῃ, ὡς ἐν κακοῖς ὄντος αὐτοῦ, τοῖς ἐκτός· ἀλλ' ὕθυς διαίρει παρὰ σεαυτῷ, καὶ λέγε· ἔσω πρόκειταί μου, οὐ τοῦτον θλίβει, ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τούτων. μέχρι μὲν τοι λόγου μὴ ὄκνει συμπεριφέρεσθαι αὐτῷ καὶ ἐάν τύχῃ, συνεπισεναίειν. πρόσεχε μόνον, μὴ κἀ ἔσωθεν συνεπισεναίῃς.

Vita fabula Dei arbitratu peragenda.

CAP. XXIII.

ACtorem esse fabulę talis, qualis magistro probata fuerit, te memento: si brevis, brevis: si longa, longæ. Si mendicum agere te voluerit: fac eam quoque personam ingeniose repræsentes. Ita si claudum, si principē, si plebeiū. Hoc enim tuum est, datam personā bene effingere: eam autem eligere, alterius.

ΚΕΦ. κγ.

Μέμνησο, ὅτι ὑποκριτὴς εἶ δράματος, οἵου ἂν θέλῃ ὁ διδάσκαλος· ἂν βραχύ, βραχέος· ἂν μακρόν, μακροῦ· ἂν πλουχὸν ὑποκρίνεσθαί σε θέλῃ, ἵνα καὶ τοῦτον, ἀφυῶς ὑποκρίνῃ· ἂν χωλόν, ἂν ἄρχοντα, ἂν ἰδιώτην. σὸν γὰρ τοῦτ' ἐστὶ, τὸ δοθὲν ὑποκρίνασθαι πρόσωπον καλῶς· ἐκλέξασθαι δ' αὐτὸ, ἄλλου.

ΚΕΦ. κδ.

Κοραξ ὅταν μὴ αἴσιον κεκράγῃ, μὴ σοι συναρπαζέτω σε ἡ φαντασία· ἀλλ' εὐθὺς διαίρει παρὰ σεαυτὸν, καὶ λέγε, οὐδέν τούτων ἐμοὶ δύναται σημαίνειν, ἀλλ' ἢ τῷ σωματίῳ μου, ἢ τῇ κτησιδίῳ μου, ἢ τῷ δοξαρίῳ, ἢ τοῖς τέκνοις, ἢ τῇ γυναικί. ἐμοὶ δὲ πάντα αἴσια σημαίνεται, ἐὰν ἐγὼ θέλω. ὅ,τι γὰρ αὐτῶν ἀποβαίνῃ, ἐπ' ἐμοί ἐστιν, ὠφεληθῆναι ἀπ' αὐτοῦ.

Cap. XXIIII.

SI coruus inauſpicatum crocitarit, ne te viſum illud moueat, ſed ipſe tecum diuide ſtatim, & dic: Nihil iſtorum mihi portenditur, ſed aut corpuſculo meo, aut reculæ meæ, aut exiſtimationi, aut liberis, aut vxori. Mihi autem fauſta omnia portenduntur, ſi ego voluero. Quicquid enim iſtorum acciderit, ex eo penes me eſt, fructum vt capiam.

Paria viribus ſuſcipienda.

ΚΕΦ. κε.

Ἀνίκητος εἶναι δύνασαι, ἐὰν εἰς μηδένα ἀγῶνα καταβαίνῃς, ὃν σὸν ἐστὶν ἐπικρατῆσαι νικήσας.

Cap. XXV.

INuictus eſſe potes, ſi in nullum certamẽ deſcendas: quod vincere, tui arbitrij non eſt.

1 *Qui omnia bona a ſeipſo petit: is nec miratur quenquam nec inuidet vlli.*
2 *Vna ad libertatem via, rerum externarum deſpicientia.*

ΚΕΦ. κϛ.

Ὅρα μὴ ποτε ἰδών τινα τεθηπμώμενον, ἢ μεγαλοδυναμούμενον, ἢ ἄλλως εὐδοκιμοῦντα μαναφέστως, ὑπὸ τῆς φαντασίας συναρπασθείς. ἐὰν γὰρ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἡ οὐσία ᾖ [ἀγαθὸς] ἀπαθὴς ᾖς, ὅτε ὁ φθόνος, ὅτε ζηλοτυπία χώραν ἕξει. σὺ δὲ αὐτὸς οὐ στρατηγὸς, οὐ πρύτανις ἢ ὅπατος εἶναι θελήσῃς, ἀλλ' ἐλεύθερος

Cap. XXVI.

1 SI quem eximiis honoribus affectum, aut ampla poteſtate præditum, aut alioqui florentem videris: vide ne quando beatum illum prædices, viſorum impetum ſecutus. Nam ſi in rebus noſtræ poteſtati ſubiectis vis trãquillitatis conſtiterit, nec inuidia nec æmulatio locum habebit: tuque ipſe non imperator, non ſenator,

nator, non consul esse voles, sed liber. 2 Ad eam autem rem via vnica est: eorum quæ in potestate nostra non sunt, contemtio.

λοίδορον. μία δὲ ὁδὸς [τοῦτο] τῶν, καταφρόνησις τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν.

1 Nemo laditur, nisi a sese.
2 Mora iudicium confirmat.
3 Differ: habent parua commoda magna mora.

CAP. XXVII.

1 MEmento, non eum qui conuitietur aut verberet, autorem esse contumeliæ: sed opinionem de eis tanquam contumeliosis conceptam. Cum igitur te quispiam irritarit, opinione tua te irritatum esse scito. Quapropter in primis operam dato, ne visa tibi assensum extorqueant. Nam si semel tempus & moram impetraris: facilius ipse tibi imperabis.

ΚΕΦ. κζ.

1 ΜΕμνησο, ὅτι ὁ λοιδορῶν ἢ τύπτων ὑβρίζει, ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τούτων, ὡς ὑβριζόντων. ὅταν οὖν ἐρεθίσῃ σέ τις, ἴσθι ὅτι ἡ σὴ σέ τις ὑπόληψις [ἠρέθικε] ἠρέτικε. τοιγαροῦν ἐν πρώτοις πειρῶ, μὴ τῇ φαντασίᾳ συναρπάζεσθαι. αὐτὸ γὰρ ἅπαξ χρόνου κἂν βραδυτῆτος τύχῃς, ῥᾷον κρατήσεις σαυτοῦ.

Præmeditatione malorum gliscunt animi.

CAP. XXVIII.

MOrs & exilium, & omnia quæ in malis habentur, ob oculos tibi quotidie versentur: omniū vero maxime mors. Sic nihil vnquam humile cogitabis, nec impense cupies quicquam.

ΚΕΦ. κη.

ΘΑνατος, καὶ φυγή, καὶ πάντα τὰ δεινὰ φαινόμενα, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔστω σοι καθ' ἡμέραν· μάλιστα δὲ πάντων ὁ θάνατος. καὶ οὐδὲν οὐδέποτε ταπεινὸν ἐνθυμηθήσῃ, οὔτε ἄγαν ἐπιθυμήσεις τινός.

1 Philosopho ludibria vulgi non curanda.
2 Constantia victoriam parit.

ΚΕΦ. κθ.

Φιλοσοφίας ἐπιθυμεῖς; παρασκεύαζου αὐτόθεν, ὡς καταγελασθησόμενος, ὡς καταμεμωκησαμένων σε πολλῶν, ὡς ἐρωτώντων, ὅτι ἄφνω φιλόσοφος ἡμῖν ἐπανελήλυθε, καὶ πόθεν ἡμῖν αὔτη ἡ ὀφρύς, σὺ δ' ὀφρῶν μὴ μὴ χῇς. τῶν δὲ βελτίστων σοι φαινομένων οὕτως ἔχου, ὡς ὑπὸ τοῦ θεοῦ τεταγμένος εἰς ταύτην τὴν [χώραν] τάξιν. μένοντος δὲ, ὅτι ἐὰν μὲν ἐμμείνῃς τοῖς αὐτοῖς, οἱ καταγελῶντες σε ὕστερον, ὕστοί σε ὕστερον θαυμάσουσιν. ἐὰν δὲ ἡττηθῇς αὐτῶν, διπλοῦν θέσθε τὸν καταγέλωτα.

CAP. XXIX.

1 SApientiæ ſtudium ſuſcipere cupis? Statim te para, quaſi futurum ſit vt deridearis: vt multi te ſubſannent: vt dicant, te ſubito philoſophum exſtitiſſe: vt rogent, vnde ſupercilium iſtud? Tu autem ſupercilium ne habeto: ea vero quæ optima tibi videbũtur, ſic teneto, quaſi a Deo ſis in ea ſtatione collocatus. 2 Cæterum memento, te, ſi in eodem ſtatu permanſeris, iis tandem admirationi fore, qui te prius deriſerunt. Sin eis ſuccubueris, duplicater fore deridendum.

In ſua cuiq; virtutis conſcientia acquieſcendum.

ΚΕΦ. λ.

Ἐὰν ποτέ σοι συμβῇ ἔξω προφανῆναι, καὶ τὸ [ἀρέσκειν] βουληθῆναί τινι, ἴσθι ὅτι ἀπώλεσας τὴν ὑπόθεσιν. ἀρκοῦ οὖν σεαυτῷ ἐν παντὶ, τῷ εἶναι φιλόσοφος. εἰ δὲ καὶ δοκεῖν βούλῃ, τῷ σεαυτῷ φαίνου, καὶ ἱκανὸς ἔσῃ.

CAP. XXX.

SI quando acciderit vt foras promineas, & alicui placere cupias: te de ſtatione tua deiectum eſſe ſcito. Quare in omnibus rebus illud tibi ſatis ſit, te eſſe philoſophum. Sin alicui etiam videri philoſophus cupis: tibi videre, idque tibi ſatis eſto.

Philoſophum vel in tenui fortuna multum prodeſſe reipubl. & virtute docenda, & exemplo morum ſuorum.

Ab vnoquoque, non niſi ea poſtulanda, quæ præſtare & poſſit & debeat.

CAP. XXXI.

1 IStæ cogitationes ne te crucient, fore vt sine honore viuas, & nullo sis loco. Nam si honore carere malum est: nihilo magis per alium in malo esse potes, quam in vitio. Nunquid igitur tui muneris est, imperio potiri? aut ad conuiuium adhiberi? Nequaquam. Qui igitur ea iam erit ignominia? Qui nullo vsquam loco eris? quem in iis solis aliquem esse oportet, quæ penes te sunt, in quibus vel summo loco esse potes? At nihil opis amicis feres? quo pacto istud accipis? non argentum abs te habituri sunt? nec eos in Romanam ciuitatem ascribes? Et quis tibi dixit, ea penes nos esse, & non aliena munera? 2 Quis vero id alteri præstet, quo ipse careat? Parato ergo, aiunt, vt & nos habeamus. Si parare queo, conseruata verecundia, & fide, & animi magnitudine, vosque eius rei viam ostenderitis: parabo. Sin id postulatis, vt bona ego mea perdam, quo vos ea quæ in bonis non sunt acquiratis: videte ipsi quam iniqui sitis, & temerarij? Vtrum vero præoptatis?

ΚΕΦ. λα.

Οὗτοί σε οἱ διαλογισμοὶ μὴ θλιβέτωσαν, ἄτιμος ἐγὼ βιώσομαι, καὶ οὐδεὶς οὐδαμοῦ. εἰ γὰρ ἀτιμία ἐστὶ κακὸν, οὐ δύνασαι ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλλον, οὐ μᾶλλον ἢ ἐν αἰσχρῷ. μή τι οὖν τὸ σὸν ἔργον ἐστὶν, τὸ [ἐξ ἀρχῆς] ἀρχῆς τυχεῖν; ἢ παραληφθῆναι ἐφ' ἑστίασιν; οὐδαμῶς. πῶς οὖν ἔτι τοῦτ' ἐστὶν ἀτιμία; πῶς δὲ οὐδεὶς οὐδαμοῦ ἔσῃ, ὃν ἐν μόνοις εἶναί τινα δεῖ τοῖς ἐπί σοι, ἐν οἷς ἔξεστί σοι εἶναι πλείστου ἀξίῳ; ἀλλά σοι οἱ φίλοι ἀβοήθητοι ἔσονται; τί λέγεις τὸ ἀβοήθητοι; οὐχ ἕξουσι παρά σου ἀργύριον, οὐδὲ πολίτας ῥωμαίων αὐτοὺς ποιήσεις; τίς οὖν σοι εἶπεν, ὅτι ταῦτα τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστὶν, οὐχὶ δὲ ἀλλότρια ἔργα; τίς δὲ δοῦναι δύναται ἑτέρῳ, ἃ μὴ ἔχει αὐτὸς; κτῆσαι οὖν, φασὶν, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἔχωμεν. εἰ δύναμαι κτήσασθαι, τηρῶν ἐμαυτὸν αἰδήμονα, καὶ πιστὸν, καὶ μεγαλόφρονα, δεικνύετε τὴν ὁδὸν, καὶ κτήσομαι. εἰ δ' ἐμὲ ἀξιοῦτε τἀγαθὰ τὰ ἐμαυτοῦ ἀπολέσαι, ἵν' ὑμεῖς τὰ μὴ ἀγαθὰ περιποιήσησθε, ὁρᾶτε ὑμεῖς, πῶς ἄνισοί ἐστε, καὶ ἀγνώμονες. τί δὲ καὶ βούλεσθε μᾶλλον; ἀργύριον, ἢ φίλον πιστὸν, καὶ αἰδήμονα; εἰς τοῦτο οὖν μοι [μᾶλλον συλ.] συλλαμβάνετε, καὶ μηδ' ὧν ἀποβαλῶ αὐτὸ, ταῦτα με

πρᾶσαι ἀξιοῦτε. ἀλλ' ἡ πατρὶς, ὅσον ἐπ' ἐμοὶ, φησὶν, ἀβοήθητος ἔσται· πάλιν, ποίαν [γὰρ] ταύτῃ βοήθειαν; [ἢ τό.] τοὰς ὑπ' ἐξέδρας σε, ὅτε βαλανεῖα; γὰρ τί τοῦτο; ἀλλὰ [γὰρ] τὸ ὑποδήματα ἐκ τοῦ σκυτέως; ἀλλ' ὅπλα τοῦ χαλκέως; ἱκανὸν δὲ, ἐὰν ἕκαστος τὸ ἑαυτοῦ ἔργον. εἰ δὲ ἄλλον τινὰ αὐτῇ κατασκεύαζες πολίτην πιστὸν γὰρ αἰδήμονα, ἀδέκαστον ἂν αὐτῇ ὠφέλεις; ναί. ἀκριῶς ἀλλὰ σὺ αὐτὸς ἀνωφελὴς ἂν εἴης αὐτῇ. τίνα οὖν ἔξω, φησὶ, χώραν ἐν τῇ πόλει; ἐὰν ἂν δυνῇ φυλάττων ἅμα τὸν πιστὸν γὰρ αἰδήμονα. εἰ δ' ἐκεῖνον ὠφελεῖν βουλόμενος, ἀποβαλεῖς ταῦτα, τί ὄφελος ἂν αὐτῇ γένοιο, ἀναιδὴς γὰρ ἄπιστος ἀποτελεσθείς;

Pecuniamne, an amicum verecundum & syncerum? Ad hoc igitur adiumento mihi este. non autem postulate vt ea faciam, per quæ illa sim amissurus. Atenim patriæ per me nihil affertur adiumēti? Cuiusmodi quæso adiumentum? Porticus per te non habitura est, non balnea. Istuc vero quid est? Neque enim calceos habet per fabrum ferrarium, neque arma per sutorem. Satis autem fuerit, suo quēque fungi munere. At si quem alium ei ciuem instrueres integrum & verecundum, nihilne eam iuuares? Imo vero. Proinde ne tu quidem patriæ fueris inutilis. Quem ergo locum, inquis, habebo in vrbe? Quem poteris, integritate & verecundia conseruata. Sin illi profuturus, hæc abieceris: quis ei tui fuerit vsus, qui impudens & perfidus euaseris?

1 *Inuidendum nemini, gratulandum omnibus.*
2 *Beneficium vulgo propter officium datur.*
3 *Qui fructu caret, etiam sumtu & molestia caret.*

ΚΕΦ. λϚ. CAP. XXXII.

ΠΡοπεμήθη σού τις ἐν ἑστιάσει, ἢ ἐν προπομπῇ, ἢ ἐν παραληφθείσῃ εἰς συμβουλίαν; εἰ μὲν ἀγαθὰ ταῦτά ἐστι, χαίρειν σε δεῖ, ὅτι ἔτυχεν αὐτῶν ἐκεῖνος· εἰ δὲ κακὰ, μὴ ἄχθου, ὅτι σὺ αὐτῶν οὐκ ἔτυχες. μέμνησο δὲ, ὅτι ἃ δυνάσαι, μὴ [ταῦτα] ταῦτα ποιῶν, ὡς

1 EST tibi prælatus alicquis in conuiuio, aut salutatione, aut dandi consilij officio? Siquidem ista bona sunt, gratulari debes illi, cui ea contigerunt. Sin mala, ne doleas te in ea non incidisse: sed memento, cum ea non agas quibus illa parantur

parantur quæ in noſtra poteſtate non ſunt, fieri non poſſe vt eadem tibi tribuantur. 2 Nam qui valebit tantum is qui fores non frequentat, atque is qui frequentat? qui non aſſectatur, atque is qui aſſectatur? qui non laudat, atque is qui laudat? Iniuſtus igitur eris, & inexplebilis, ſi non numerato eo pretio quo illa væneunt, gratis ea conſequi te poſtules. Age quanti væneunt lactucæ? Ponamus, obolo. 3 Si quis igitur obolo dato, lactucas acceperit: tu autem pretio non numerato, non acceperis: ne te deteriore conditione eſſe putes eo qui accepit. Vt enim lactucas habet ille, ſic tu obolum nõ dediſti. Ad eundem quoque modum & hic ſe res habet. Non inuitatus es ad cõuiuium alicuius? Nec dediſti quanti venit conuiuium. Vendit autem id conuiuator laudatione, vendit obſequio. Dato igitur pretium, quanti vænit, ſi e re tua eſt. Quod ſi nec illa vis præſtare, & hæc accipere: auarus es, & væcors. Nihil igitur cœnæ vice habes? Imo habes: non laudaſti, quem noluiſti: non toleraſti eius inſolentiam in ingreſſu.

τὸ τυγχάνειν τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, τῶν ἴσων ἀξιοῦλς. πῶς γὰρ ἴσον [ἔχειν δοκεῖ.] δύναται, ὁ μὴ φοιτῶν ἐπὶ θύρας τινὸς, τῷ φοιτῶντι; ὁ μὴ παραπέμπων τῷ παραπέμποντι; ὁ μὴ ἐπαινῶν, τῷ ἐπαινοῦντι. ἄδικος οὖν ἔσῃ, καὶ ἄπληστος, εἰ μὴ τοσούτου, αὐτὸ οὗ ἐκεῖνα πιπράσκεται, τοσοῦδε βουλήσῃ λαμβάνειν. ἀλλὰ πόσου πιπράσκονται θρίδακες; ὀβολοῦ, αὖ ἔστω τύχῃ. αὖ οὖν τις τοσούτου τὸν ὀβολὸν λάβῃ θρίδακας, σὺ δὲ μὴ τοσούτου μὴ λάβῃς, μὴ οἷόν τ' ἔλαττον ἔχειν τὸν λαβόντος. ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἔχει θρίδακας, ἔστω σὺ ὀβολὸν οὐκ ἔδωκας. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐνταῦθα. οὐ παρεκλήθης ἐφ' ἑστιάσιν τινος; οὐ γὰρ ἔδωκας τῷ καλοῦντι, ὅσου πωλεῖται τὸ δεῖπνον. ἐπαίνου δ' αὖτὸ πωλεῖ, θεραπείας πωλεῖ. δὸς οὖν τὸ διαφέρον, εἰ σοι λυσιτελεῖ, ὅσου πωλεῖται. εἰ δὲ κἀκεῖνα θέλεις μὴ τοσούτου, καὶ ταῦτα λαμβάνειν, ἄπληστος εἶ, καὶ ἀβέλτερος. οὐδὲν οὖν ἔχεις αὖτὶ τοῦ δείπνου; ἔχεις μὲν οὖν, τὸ μὴ ἐπαινέσαι τοῦτον, ὃν οὐκ ἤθελες· τὸ μὴ ἀναχθῆναι αὐτοῦ ἐπὶ τῆς εἰσόδου.

De noſtris caſibus non ſecus iudicandum, ac de alienis.

ΚΕΦ. λγ.

Το βούλημα τῆς φύσεως καταμαθεῖν ἐστιν, ἐξ ὧν ἀ διαφερόμεθα πρὸς ἀλλήλους. οἷον, ὅταν ὁ γείτονος ἄλλο παιδάριον κατεάξῃ τὸ ποτήριον, προχείρως ἐστιν οὕτως λέγειν, ὅτι τῶν γινομένων ἐστίν. ἴσθι οὖν, ὅτι ὅταν καὶ τὸ σὸν καταγῇ, ταὐτὸν εἶναί σε δεῖ, οἱοῖόν ποτε καὶ ὁ ἄλλος κατεάγη. ἔτι μεταλάβει καὶ ἐπὶ τὰ μείζονα. τέκνον ἄλλου τέθνηκεν, ἢ γυνή; οὐδείς ἐστιν ὃς οὐκ ἂν εἴποι, ὅτι ἀνθρώπινον. ἀλλ' ὅταν τὸ αὐτοῦ τινος ἀποθάνῃ, οὐαί, οἴμοι, πάλαι ἐγώ. ἐχρῆν δὲ μεμνῆσθαι, τί πάσχομεν, περὶ ἄλλων αὐτὰ ἀκούσαντες.

CAP. XXXIII.

NAturæ propositum ex iis rebus, de quibus nulla inter nos controuersia est, cognosci potest. Exempli gratia: Si vicini puer poculum aut quid aliud cõfregerit, in promtu illud statim est: Ita fieri solere. Scito igitur, si & tuum cõfractum fuerit, eundem esse te oportere, qui fueris, cum frangeretur alienum. Sic transfer ista ad maiora. Filius alterius obiit, aut vxor? nemo est quin dicat, humanum id esse. Sin ipsi alicui id acciderit: statim, Hei mihi, inquit, ô me miserum. Meminisse autem oportebat, vt affecti simus, cum tale quippiam de aliis audiuerimus.

1 In nobis situm esse, ne opinione malorum perturbemur.
2 Præmeditatio & præparatio diligens ignominiam cauet, & pœnitentiam.

ΚΕΦ. λδ.

Ὥσπερ σκοπὸς οὐ τίθεται τοῦ ἀποτυχεῖν, οὕτως οὐδὲ κατὰ φύσιν ἐν κόσμῳ γίνεται κακόν. εἰ μὲν τὸ σῶμα σοῦ ἕκαστος ἐπέτρεπε τῷ [ἀπαντήσαντι.] ὑβριστῇ, ἠγανάκτεις ἄν. ὅτι δὲ σὺ τὴν γνώμην τὴν σαυτοῦ ἐπιτρέπεις τῷ τυχόντι, ἵνα ἐάν τις σε λοιδορήσηται σοι, ταραχθῇς; σκέψαι, εἰ συγχυθῇς, σὸν αἰσχύνῃ; τοῦτον ἕνεκα, ἐκ τοῦ ἔργου σκόπει τὰ καθηκούσματα, καὶ τὰ ἀκόλουθα αὐτοῦ, καὶ ὅπως ἔρχου ἐπ' αὐτό. εἰ

CAP. XXXIIII.

QVemadmodum aberrandi causa meta non ponitur: sic nec mali natura in mundo exsistit. Quod si corpus quidem tuum aliquis obuio cuipiam permitteret, indignareris: Tu vero, qui animum tuum cuilibet permittas, vt si conuitia tibi dixerit, perturbetur & mœreat, nõ erubescis. Quãobrem cuiusq; rei antecessionibus & consecutionibus consideratis,

consideratis, sic eam aggredere. 2 Alioqui primum alacriter eam suscipies: eorum nullo, quæ consequuntur, expenso. post autem, turpitudine aliqua exorta, verecundaberis.

δὲ μὴ, τὴν μὲν πρώτην προθύμως [ἄρξεις, ἅ τε μηδ.] ἥξεις, μηδὲν τῶν ἑξῆς ἐντεθυμημένος. ὕστερον δὲ, ἀναφανέντων τινῶν αἰσχρῶν, αἰσχυνθήσῃ.

Temeritas leuitatis & inconstantiæ mater.

CAP. XXXV.

VIs Olympia vincere? Et ego mediusfidius. preclarũ enim habetur. Sed cõsidera, quid antecedere, quid sequi soleat: atq; ita rem gerendam suscipito. Oportebit te conseruare ordinẽ: edere ingratis: abstinere bellariis: exerceri necessario, & certo tempore: in æstu, in frigore: non frigidam bibere, non vinum nisi præfinito. Ad summam, tãquam medico, sic lanistæ te tradas oportet. Deinde in certamẽ descẽdere: aliquando manum lædere, talum distorquere, multum pulueris deglutire: interdum flagris cædi, & vinci post hæc omnia. His omnibus consideratis, pugilũ certamẽ suscipe, si lubet adhuc. Sin minus, vt pueri resilies: qui nũc pugiles ludũt, nunc tibicines, nunc gladiatores: iam tuba canunt, iam tragœdias repræsentant. Tu quoque sic, nunc pugil, mox gladiator, postea orator, demum philosophus: toto autem animo nihil. sed

ΚΕΦ. λε.

Θέλεις ὀλύμπια νικῆσαι; κἀγὼ, νὴ τοὺς θεοὺς· κομψὸν γάρ ἐστιν. ἀλλὰ σκόπει καὶ τὰ καθηγούμενα, καὶ τὰ ἀκόλουθα· καὶ οὕτως ἅπτου [τοῦ ἔργου] τῶν ἔργων. δεῖ σ' εὐτακτεῖν, ἀναγκοτροφεῖν, ἀπέχεσθαι πεμμάτων, γυμνάζεσθαι πρὸς ἀνάγκην, ἐν ὥρᾳ τεταγμένῃ, ἐν καύματι, ἐν ψύχει, μὴ ψυχρὸν πίνειν, μὴ οἶνον, ὡς ἔτυχεν· ἁπλῶς, ὡς ἰατρῷ παραδεδωκέναι σεαυτὸν τῷ ἐπιστάτῃ, εἶτα [ἐν τῷ ἀγῶνι παρέχ.] εἰς τὸν ἀγῶνα παρέρχεσθαι. ἔστι δὲ ὅτε χεῖρα [λαβεῖν] βαλεῖν, σφυρὸν στρέψαι, πολλὴν ἀφὴν καταπιεῖν· ἔσθ' ὅτε μαστιγωθῆναι, καὶ μετὰ [τῶν πάντων] ταῦτα πάντα νικηθῆναι. ταῦτα πάντα ἐπισκεψάμενον, ἐὰν ἔτι θέλῃς, ἔρχου ἐπὶ τὸ ἀθλεῖν, εἰ δὲ μὴ, ὡς τὰ παιδία ἀναστραφήσῃ, ἃ νῦν μὲν παλαιστὰς παίζει, νῦν δὲ αὐλητὰς, νῦν δὲ μονομάχους, εἶτα σαλπίζει, εἶτα τραγῳδεῖ· οὕτω καὶ σὺ, νῦν μὲν ἀθλητὴς, νῦν δὲ μονομάχος, εἶτα ῥήτωρ, εἶτα φιλόσοφος· ὅλῃ δὲ τῇ ψυχῇ οὐδὲν, ἀλλ' ὡς πίθηκος, πᾶσαν θέαν, [ἣν] ἐὰν ἴδῃς μιμῇ, καὶ ἄλλο ἐξ ἄλλου σοι ἀρέσκει, οὐ γὰρ μετὰ σκέψεως ἦλθες ἐπί τι,

ἀδὲ [ταδειώδυσας] ταδειοδύσας; ἀλλ' εἰκῇ, καὶ κατὰ ψυχρὰν ἐπιθυμίαν. ὅτω θεασάμενοί τινες φιλόσοφον, καὶ ἀκούσαντες ὅτω λυσὸς λέγοντος, ὡς [καλῶς σὺ φράστης] σὺ σωκράστης λέγεις; καὶ τοι τίς ὅτω δύναται εἰπεῖν, ὡς ἐκεῖνος, θέλουσι καὶ αὐτοὶ φιλοσοφεῖν.

vt ſimius, quicquid ſpectaueris, imitabere, atque aliud ex alio adamabis. Nec enim ſuſcepta cogitatione quicquam es aggreſſus, aut exploraſti prius: ſed temere, appetitus leuitatem ſecutus. Sic aliqui philoſopho ſpectato, & audito aliquo dicente ſic: Quam recte dicit Socrates? enimuero quis ita differere poteſt, vt ille? ipſi etiam philoſophari volunt.

1 *Et res & noſtra natura conſideranda, & inter ſe conferenda.*
2 *Seruanda conſtantia.*

ΚΕΦ. λς. CAP. XXXVI.

ΑΝθρωπε, πρῶτον ἐπίσκεψαι, ὁποῖόν ἐστι τὸ πρᾶγμα. εἶτα καὶ τὴν σεαυτοῦ φύσιν κατάμαθε, εἰ δύναται βαστάσαι. πένταθλος εἶναι βούλει, ἢ παλαιστής; ἴδε σεαυτοῦ τοὺς βραχίονας, τοὺς μηροὺς, τὴν ὀσφῦν κατάμαθε. ἄλλο γὰρ πρὸς ἄλλο πέφυκε. δοκεῖς, ὅτι ταῦτα ποιῶν, ὡσαύτως δύνασαι ἐσθίειν, ὡσαύτως πίνειν, ὁμοίως δυσαρεστεῖν; ἀγρυπνῆσαι δεῖ, πονῆσαι, ἀπὸ τῶν οἰκείων ἀπελθεῖν, ὑπὸ παιδαρίου καταφρονηθῆναι, ἐν παντὶ ἧττον ἔχειν, ἐν τιμῇ, ἐν ἀρχῇ, ἐν δίκῃ, ἐν πραγματίῳ παντί. ταῦτα ἐπίσκεψαι, εἰ θέλεις ἀντὶ τούτων ἀπάθειαν, ἐλευθερίαν, ἀπραξίαν. εἰ δὲ μή, πρόσεχε μὴ ὡς τὰ παιδία, νῦν φιλόσοφος, ὕστερον δὲ τελώνης, εἶτα ῥήτωρ, εἶτα

1 HOmo primum conſidera, cuiuſmodi ſit res: deinde natura quoque tua, eamne ferre queat explora. Quinquercio eſſe vis, aut palæſtrita? Brachia tua intuere, femora & lumbos conſidera. Nam aliud alio natura pertinet. Putasne te hæc aggreſſum, æque poſſe edere, æque bibere, æque faſtidire? Vigilandum eſt, laborandum, a tuis recedendum: a puero contemni, in omnibus deteriore conditione eſſe, in honore, in magiſtratu, in iudicio, in negotio quolibet, oportebit. Hæc conſidera, tecumque ſtatue, an his rebus redimere velis animi tranquillitatem, libertatem, 2 conſtantiam? Sin

Sin minus, vide ne vt pueri, nunc philosophus, mox publicanus, post orator, denique Cæsaris procurator fias. Ista non consentiunt: vnum te oportet hominem, eumque vel bonum vel malum esse: aut exercenda tibi ratio & mens est, aut res externæ excolendæ. Aut in internis elaborandum, aut in externis: hoc est, aut philosophi tuendus locus, aut hominis plebeij.

ἐπίτροπος ἡμίσαρος γένη. ταῦτα [ἃ μὴ] ἓν συμφωνεῖ. ἕνα σε δεῖ, ἄνθρωπον ἢ ἀγαθὸν ἢ κακὸν εἶναι. ἢ τὸ ἡγεμονικόν σε δεῖ ἐξεργάζεσθαι τὸ σαυτοῦ, ἢ τὰ ἐκτός· ἢ ἐνδὸν τὸ ἔσω φιλοτεχνεῖν, ἢ τὸ ἔξω· τουτέστιν, ἢ φιλοσόφου τάξιν ἐπέχειν, ἢ ἰδιώτου.

Nobis officio fungendum erga omnes, licet alii munus officii sui erga nos non exsequantur.

CAP. XXXVII.

OMnia officia in vniuersum, mutuis affectionibus sunt metienda. Pater est? præcipitur, curam eius agendam, cedendum ei in omnibus: si conuicietur, si verberet, ferendum esse. At pater malus est? Nunquid igitur natura cum bono patre coniunctus es? Non, sed cum patre. Tu igitur munus tuum erga ipsum tuere: nec quid ille agat consydera, sed quibus rebus agendis tuum institutum naturæ futurum sit consentaneum. Te enim alius non lædet, nisi ipse velis. Tum autem læsus eris, cum te lædi existimaris. Sic igitur vicini, sic ciuis, sic Imperatoris officium inuenies, si mutuas affectiones spectare consueueris.

ΚΕΦ. λζ.

ΤΑ᾽ καθήκοντα, ὡς ἐπίπαν τοῖς σχέσεσι παραμετρεῖται. πατήρ ἐστιν; ὑπαλγητέον, ἐπιμελείας, παραχωρεῖν ἁπάντων, οὐκ ἐχεῖς λοιδοροῦντος, πάντος. ἀλλὰ πατὴρ κακός ἐστι; μή τι οὖν πρὸς ἀγαθὸν πατέρα φύσει οἰκειώθης; σόν, ἀλλὰ πρὸς πατέρα. ὁ ἀδελφὸς ἀδικεῖ; τήρει τοιγαροῦν τὴν πρὸς αὐτὸν, μηδὲ σκόπει τί ἐκεῖνος ποιεῖ, ἀλλὰ τί σοι ποιήσαντι, κατὰ φύσιν, ἡ σὴ ἕξει προαίρεσις. σὲ γὰρ ἄλλος οὐ βλάψει, ἂν μὴ σὺ θέλῃς. τότε δὲ ἔσῃ βεβλαμμένος, ὅταν ὑπολάβῃς βλάπτεσθαι. ὥστοις οὖν ἀπὸ τοῦ γείτονος, ἀπὸ τοῦ πολίτου, ἀπὸ τοῦ στρατηγοῦ, τὸ καθῆκον εὑρήσεις, ἐκεῖ τὰς σχέσεις ἐθίζῃς σκοπεῖν.

1 *Religionis caput, in gubernatione diuina rerum humanarum acquiescere.*
2 *Religio eorum nulla, qui felicitatem in bonis animi non constituunt.*
3 *Vbi vtilitas, ibi pietas.*
4 *Ritum patrium veritati anteponit.*

ΚΕΦ. λη.

Τῆς περὶ τοὺς θεοὺς εὐσεβείας, ἴσθι ὅτι τὸ κυριώτατον αὐτό ἐστιν, ὀρθὰς ὑπολήψεις περὶ αὐτῶν ἔχειν, ὡς ὄντων, καὶ διοικούντων τὰ ὅλα καλῶς καὶ δικαίως· καὶ σωτὴν εἰς τοῦτο καταπεπαγέναι, τὸ πείθεσθαι αὐτοῖς, καὶ ἐν τοῖς πᾶσι τοῖς γινομένοις, καὶ ἀκολουθεῖν ἑκόντα ὡς [ἐπὶ] ὑπὸ τῆς ἀρίστης γνώμης ἐπιτελουμένοις. οὕτω γὰρ οὔτε μέμψῃ ποτὲ [τοὺς θεοὺς] τοῖς θείοις, οὔτε ἐγκαλέσεις ὡς ἀμελοῦσιν. ἄλλως [δὲ] τε οὐχοῖόν τε τοῦτο γίνεσθαι, ἐὰν μὴ ἀποστῇς τῶν σοὶ ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν μόνοις θῇς τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν. ὡς εἴ γε ἐπί τινων ὑπολάβῃς ἀγαθὸν ἢ κακόν, πᾶσα ἀνάγκη, ὅταν ἀποτυγχάνῃς ὧν θέλῃς, καὶ περιπίπτῃς οἷς μὴ θέλῃς, μέμψασθαί σε, καὶ μισεῖν τοὺς αἰτίους. πέφυκε γὰρ πρὸς τοῦτο πᾶν ζῷον, τὸ μὲν βλαβερὰ φαινόμενα, καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν, φεύγειν καὶ ἀποτρέπεσθαι· τὰ δὲ ὠφέλιμα, καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν, μετιέναι καὶ [περιποιεῖσθαι] τιμᾶν. οὐ μή ποτε οὖν, βλαπτεσθαί τινα οἰόμενον, χαίρειν τῷ δοκοῦντι

Cap. XXXVIII.

1 REligionis erga deos immortales præcipuũ illud esse scito, rectas de eis habere opiniones: vt sentias, & esse eos, & bene iusteq; administrare vniuersa: parendum esse eis, & omnibus iis quæ fiant acquiescendũ: & sequenda vltro, vt quæ a mente præstantissima regãtur. Sic enim nec incusabis eos vnquam, nec ab eis negligi te conquereris. Aliter 2 autẽ id fieri nequit, quam si iis quæ in potestate nostra non sunt, relictis, tam bona quam mala, in iis quę in nobis sita sunt collocaris. Nam si quid illorum senseris esse bonũ aut malum, aliter certe fieri non poterit quin cũ iis frustratus fueris quæ velles, & in ea quæ nolles incideris, & culpes & oderis illarum rerũ auctores. Illud enim natura est insitũ omni animantium generi, vt ea quæ nocitura videantur, eorumq; causas, fugiant & auersentur: contra, vtilia, & causas eorum persequantur & admirentur. Nulla igitur ratio est,

tio est', vt is qui noceri sibi putat, eo lætetur, quod nocere videatur: vnde etiam ipso damno vt gaudeatur, fieri nequit. Hinc fit, vt & patri filius conuitietur, cum ea quæ in bonis habentur, filio non impertierit: & illud est quod inter Eteoclem & Polynicem bellum concitarit, quod bonum existimabant imperium. Hac de causa deos exsecratur agricola, ob hoc nauta, ob hoc mercator, ob hoc ij, qui liberos & vxores amittūt: Nam 3 vbi vtilitas, ibi etiam est pietas. Quamobrem qui id dat operam, vt sic & appetat & auersetur, quemadmodum decet: is eadem opera & pietati dat operam. 4 Libandum autem, & sacrificandum, & offerendæ primitiæ sunt vnicuique, ritu patrio, caste, non luxuriose, nec indiligenter, nec sordide, nec supra facultates.

βλάπλειν. [ὥστως] ὅθεν καὶ τὸ αὐτῇ τῇ βλάβῃ χαίρειν, ἀδικεῖσθαι. [ἔνθεν] ὅθεν καὶ πατὴρ υἱὸ ὑβρίζοιδορεῖται, ὅταν τὰ δικαίων ἀγαθῶν εἶναι, τῷ παιδὶ μὴ μεταδιδῷ. ὁ πολυνείκει καὶ ἐτεοκλέα τὸν πολεμεῖσθαι ἀλλήλοις ἐποίησε, τὸ ἀγαθὸν οἴεσθαι τὴν τυραννίδα. ἀφ' τοῦ ὁ γεωργὸς λοιδορεῖ τοὺς θεούς, ἀφ' τοῦ ὁ ναύτης, ἀφ' τοῦ ἔμπορος, ἀφ' τοῦ οἱ τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα [ἀπολέντες] ἀπολλύντες. ὅπου γὰρ τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές. ὥστε ὅσις ἐπιμελεῖται ὀρέγεσθαι ὡς δεῖ, ὁ σκηλίνδει, ἐν τῷ αὐτῷ καὶ εὐσεβείας [ἐπιμελεῖσθαι] ἐπιμελεῖται. ἀσέβειαν δὲ καὶ φύειν, καὶ ἀπάρχεσθαι καὶ τὰ πάτρια, [ἐκφέροτε] ἐκφέρειν ὡσθοσήκει καθαρῶς, καὶ μὴ ἐπισεσυρμένως, μηδὲ ἀμελῶς, μηδὲ γλίχρως, μηδὲ ὑπὲρ δυνάμειν.

1 *Vates consulendi non de officio, sed de quarundam actionum euentu.*
2 *Quouis euentu sapiens recte vtitur.*
3 *Officii ratio pericula & incommoda facit leuiora.*

CAP. XXXIX.

1 AD vatem accessurus, memēto te negotij euentum ignorare: sed ea de causa adesse, vt eū e vate cognoscas. Quale autē id esset, vtiq; cum venires, sciuisti, siquidem philosophus fueris. Nam si ex eorū numero fuerit, quæ in nostra potestate nō sunt: nec bonū esse, neque

ΚΕΦ. λθ.

ΟΤαν μαντικῆ προσίῃς, μέμνησο ὅτι μὴ, ὡς ἀποβήσεται, οἶδας, ἀλλὰ ἦκεις ὡς ἀπὸ μάντεως ἀποφησόμενος. ὁποῖον δὲ τί ἐστιν, ἐλήλυθας εἰδώς, εἴπερ εἶ φιλόσοφος. εἰ γὰρ ἔστι τι τῶν ἐφ' ἡμῖν, πᾶσα ἀνάγκη μήτε ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι, μήτε κακόν.

μὴ φέρε ἴδῃ σε πρὸς τὸν μάντιν, ὀρεξιν, ἢ ἔκκλισιν. εἰ δὲ μή, τρέμων αὐτὸν πρόσιθι ἀλλὰ διεγνωκὼς, ὅτι πᾶν τὸ ἀποβησόμενον, ἀδιάφορόν ἐστι, καὶ οὐδὲν πρὸς σε. ὁποῖον δ' αὖ ἦ, (ἔσαι γὰρ αὐτῷ χρήσασθαι καλῶς) καὶ τοῦτο οὐθὲν κωλύσει. θαρρῶν ἴθι, ὡς ἐπὶ συμβούλους ἔρχου τοὺς θεούς. καὶ λοιπὸν, ὅταν τί συμβουλευθῇς, μέμνησο τίνας συμβούλους παρείληφας, καὶ τίνων παρακούσῃς ἀπειθήσας. ἔρχου δὲ ἐπὶ τὸ μαντεύεσθαι, καθάπερ ἠξίου Σωκράτης, ἐφ' ὧν ἡ πᾶσα σκέψις τοῦ ἀποβαίνειν ἐστὶ, καὶ ὅτε συλλογισμοῦ, ὅτε ἐκ τέχνης τινὸς ἄλλης ἀφορμὴ δίδονται πρὸς τὸ σκοπεῖν τὸ προκείμενον. ὥστε ὅταν δέῃ συγκινδυνεῦσαι φίλῳ, ἢ πατρίδι, μὴ μαντεύου, εἰ συγκινδυνευτέον. καὶ γὰρ ἂν προείπῃ σοι ὁ μάντις, φανῇ λελεπασμένα τὰ ἱερὰ, δῆλον ὅτι ὁ θάνατος σημαίνεται, ἢ πήρωσις μέρους σώματος, ἢ φυγή. ἀλλ' [ἐνὶ λόγῳ] ἕνι λόγος, καὶ σοὶ τούτοις πειθομένῳ τῷ φίλῳ καὶ πατρίδι συγκινδυνεύειν. τοιγαροῦν τῷ μείζονι μάντει προσίεσο τῷ Πυθίῳ, ὃς ἐξέβαλε τοῦ ναοῦ, τὸν οὐ βοηθήσαντα ἀναμαρτυμόνῳ τῷ φίλῳ.

malum, omnino est necesse. Noli igitur ad vatem afferre vel appetitionem, vel auersationem: alioqui tremens eum accedes. 2 Sed illud constitutum esse oportet, nihil inter quemuis euentum interesse: neque ad te attinere eum, cuiuscunque modi sit. Licere enim eo recte vti, neque in eo tibi fore quenquam impedimento. Magno igitur animo Deos, vt consiliarios, accedito. Deinde, si quid consilij datum fuerit, memento quos in consilium adhibueris: & quorum, nisi parueris, auctoritatem sis neglecturus. Sic autem ad oraculum accipiendum accedito, quemadmodum Socrati placebat, iis videlicet de rebus, quarum tota consideratio refertur ad euentum: & in quibus nec ex ratione, nec ex arte alia suppetunt occasiones, ad id quod propositum est, considerandum. Quum igitur vel amicus, vel patria cum periculo defendēdo erit: noli consulere vatē, sintne defendēdi? Nam si tibi vates prædixerit, exsta infausta esse: mortem significari constat, aut alicuius membri truncationem, aut exilium. Sed ratio tamen subest, & cum his illud etiā coniungitur: vna cum amico & patria periculū esse adeundum. Quamobrē ad maiorē venito vatem Pythiū: qui templo eiecit eum, qui amico in vitæ periculo non succurrisset.

Con-

Constituendum, quos nos, & quales esse velimus.

CAP. XL.

PRæscribe iam tibi formam quandam, & legem, quã custodias: quamque & ipse tecum, & in congressibus hominũ obserues.

ΚΕΦ. μ.

ΤΑξον δέ σεαυτῷ ἤδη χαρακτῆρα σεαυτῷ, καὶ τύπον, ὃν φυλάξῃς ἐπί τε σεαυτοῦ ὢν, καὶ ἀνθρώποις ἐντυγχάνων.

Linguæ moderandum.

CAP. XLI.

AC maiori quidem ex parte silentium præstetur: aut necessaria dicantur, eaque paucis. Raro autem, cum se obtulerit occasio, ad dicendum veniemus, sed non quiduis dicemus: non de gladiatoribus, non de ludis Circensibus, non de pugilibus, non de cibis aut potionibus, quæ res passim inculcantur. In primis autem de hominibus cum verba fiunt, ne eos vel laudemus, vel cõparemus, caueatur.

ΚΕΦ. μα.

ΚΑὶ σιωπὴ τὸ πολὺ ἔστω, ἢ λαλείσθω τὰ ἀναγκαῖα, καὶ δι' ὀλίγων. σπανίως δὲ ποτε καιροῦ παραγλχθομένου· ἐπὶ τὸ λέγειν τι ἥξομεν· ἀλλὰ σοὶ ἐθνικὸς τῶν τυχόντων, μὴ σοὶ μονομάχων, μηδὲ ἱπποδρομιῶν, μὴ σοὶ ἀθλητῶν, μὴ σοὶ βρωμάτων ἢ πομάτων τῶν εἰκαιαχοῦ λεγομένων. μάλιστα δὲ, μὴ σοὶ ἀνθρώπων λέγοντες, ἢ ἐπαινοῦντες, ἢ συγκρίνοντες.

Castigandi futiles.

CAP. XLII.

QVod si potes, familiarium tuorum sermones, tuis sermonibus, eo quo decet traducito. Sin a peregrinis circũuentus fueris, taceto.

ΚΕΦ. μβ.

ΑΝ μὲν ἐν οἷός τε ἦς, μέτα μὲ τοῖς σοῖς λόγοις τὸς τῶν σωζόντων ἐπὶ σωφροσύνην· εἰ δὲ ἐν ἀλλοφύλοις ἐπληφθεὶς τύχοις, σιώπα.

Risus.

CAP. XLIII.

RIsus ne sit multus, nec ob multa, nec effusus.

ΚΕΦ. μγ.

ΓΕλως μὴ πολὺς ἔστω, μηδὲ ἐπὶ πολλοῖς, μηδὲ ἀνειμένος.

Iusiurandum.

ΚΕΦ. μδ.

Ὅρκον παραίτησαι, εἰ μὲν οἷόν τε, εἰς ἅπαν· εἰ δὲ μή, ἐκ τῶν ἐνόντων.

CAP. XLIIII.

IVsiurandum recusa, si fieri potest, omnino: sin minus, quantum potes.

Conuiuia.

ΚΕΦ. με.

Ἑστιάσεις ἔστω ἔξω καὶ ἰδιωτικαὶς, ἀλλαχόθι. ἐὰν δέ ποτε γλίπτῃ καιρὸς, συντεταθῶσιν ἡ [προσοχὴ] πρόσοψις, μήποτε ἄρξῃ καταῤῥυῇς εἰς ἰδιωτισμόν. ἴσθι γὰρ, ὅτι ἐὰν ὁ ἑταῖρός σου μιαμολυσμένος, κἀκεῖνον ὃν ἐφάψηται μολύνει ἀνάγκη, κἂν αὐτὸς ὢν τύχῃς καθαρός.

CAP. XLV.

COnuiuia externa & popularia deuita. Sed si quando tulerit occasio, animaduersio excitetur, ne forte in vulgarem consuetudinem prolabaris. Scito enim, si sodalis pollutus fuerit, eũ etiam quem is attigerit, necessario pollui, etsi purus ipse fuerit.

Vsui, non luxui seruiatur.

ΚΕΦ. μς.

Τὰ πρὸς τὸ σῶμα, μέχρι τῆς χρείας ψυχῆς παραλαμβάνειν· οἷον τροφὰς, πόμα, ἀμπεχόνην, οἰκίαν, οἰκετίαν. τὸ δὲ πρὸς δόξαν, ἢ τρυφὴν, ἅπαν ἀπείρασο.

CAP. XLVI.

QVæ corpori seruiunt, quatenus adhibeantur, quatenus animo sunt vsui: veluti cibi, potus, amictus, ædes, seruitium. Quicquid autem ad ostẽtationem aut delicias attinet, repudiato.

Castitas sine ostentatione & acerbitate.

ΚΕΦ. μζ.

Περὶ ἀφροδίσια, εἰς δύναμιν, πρὸ γάμου καθαρευτέον. ἁπλουμένῳ δὲ, ὡς νόμιμόν ἐστι, μεταληπτέον. μὴ μέντοι ἐπαχθὴς γίνου τοῖς χρωμένοις, μηδὲ ἐλεγκτικὸς· μηδὲ

CAP. XLVII.

ARe venerea, quantum fieri potest, ante nuptias purus esto. Sin attigeris, ea legitime vtendum. Ne tamen iniquus sis iis qui illa vtuntur, neque

eos

eos arguas: neque passim iactes, te ea non vti.

πολλαχοῦ τὸ, ὅτι αὐτῷ σ' οὐχ ἥκιστα περίφερε.

Maledicta negligenda.

CAP. XLVIII.

SI quis nuntiarit, quendam tibi maledicere: ne refuta quæ dicta sunt, sed responde, Eum nescisse cætera tua vitia. nam alioqui non illa sola fuisse dicturum.

ΚΕΦ. μη.

ΕΑν τίς σοι ἀπαγγείλῃ, ὅτι ὁ δεῖνά σε κακῶς λέγει, μὴ ἀπολογοῦ πρὸς τὰ λεχθέντα· ἀλλ' ἀπόκρινον, ὅτι ἠγνόει γοῦν τὰ ἄλλα πολλά μοι κακά, ἐπεὶ οὐκ αὐτὰ μόνα ἔλεγεν.

Spectacula tranquillo animo videnda.

CAP. XLIX.

THeatra frequētare nō est necesse: sed si quando tempus tulerit, te nulli nisi tibi ipsi studere appareat. hoc est, ea duntaxat fieri velis, quæ fiunt: & cum solum vincere, qui vincit. Sic enim non impedieris. Clamore autem, aut arrisione, aut longiore commotione penitus abstineto. Ac post discessum, ne multum de iis quæ acciderūt disputa, cum nihil ad tui correctionem faciant. Alioqui ex eo apparebit, te spectaculum esse admiratum.

ΚΕΦ. μθ.

ΕΙς τὰ θέατρα πολὺ πρεπέτω, σὺκ αὐαγκαῖον· εἰ δέ ποτε καιρὸς εἴη, μηδενὶ ἀπαλλάζων φαίνου ἢ σεαυτῷ. τοῦτέστι, θέλε γίνεσθαι μόνα τὰ γινόμενα, καὶ νικᾶν μόνον τὸν νικῶντα. ὅπως γὰρ σὺκ ἐμποδισθήσῃ. βοῆς δὲ καὶ ἐπιγελᾶν τινι, ἢ ἐπιπολὺ ἐπικινεῖσθαι, παντελῶς ἀπέχου. καὶ μετὰ τὸ ἀπαλλαγῆναι, μὴ πολλὰ περὶ τῶν γενομένων λάλει, ὅσα μὴ φέρει πρὸς τὸν σὸν ἐπανόρθωσιν. ἐμφαίνεται γὰρ ὅτι τοιοῦτος, ὅτι ἐθαύμασας τὸ θέαμα.

Recitationes poematum & orationum ἐπιδεικτικαὶ.

CAP. L.

AD recitationes ne veni, neq; facile accede.

ΚΕΦ. ν.

ΕΙς ἀκροάσεις τινῶν μὴ ἴθι, μηδὲ ῥαδίως πίελθε.

παρελθὼν δὲ, τὸ σεμνὸν, καὶ εὔσταθες, καὶ ἅμα αἰδήμονα φύλασσε.

Sin accesseris, grauitatem & constantiam tuere: & id vna caue, ne cui sis molestus.

In congressibus grauium virorum exemplis innitendum.

ΚΕΦ. να.

Ὅταν τινὶ μέλλῃς συμβάλλειν, καὶ μάλιστα τῶν ἐν ὑπεροχῇ δοκούντων, προβάλλου σαυτῷ, τί ἂν ἐποίησεν ἐν τούτῳ Σωκράτης ἢ Ζήνων. καὶ οὐκ ἀπορήσεις, ὃ χρήσασθαι προσηκόντως τῷ ἐμπεσόντι.

CAP. LI.

CVm aliquid negotii tibi futurum est cum aliquo, ex proceribus præsertim: ipse tibi proponito, quid in ea re facturus fuisset Socrates, aut Zenon. Ita fiet, vt te ratio non deficiat, qua id quod obiectum fuerit, rite administres.

Difficiles magnatum aditus ferendi.

ΚΕΦ. νϛ.

Ὅταν φοιτᾷς πρός τινας τῶν μεγάλα δυναμένων, προβάλλου, ὅτι οὐχ εὑρήσεις αὐτὸν ἔνδον, ὅτι ἀπεκλείσθη, ὅτι σπουδαχθήσονταί σοι αἱ θύραι, ὅτι οὐ θεωρήσει σου. καὶ ἂν σὺ τούτοις ἐλθεῖν καθήκῃ, φέρε τὰ γινόμενα, καὶ μηδέποτε εἴπῃς αὐτὸς πρὸς σεαυτὸν, ὅτι οὐκ ἐμοὶ τοσούτου. ἰδιωτικὸν γάρ, καὶ ἀλγοῦντος πρὸς τὰ ἐκτός.

CAP. LII.

CVm ad magnatum aliquem iturus es, proponito tibi, fore vt eum domi non inuenias, vt inclusus sit, vt occludantur tibi fores, vt ille te negligat. Quod si hoc rerum statu venire decuerit, ea feras quæ fiunt: neque ipse vnquam tecum dicas, non fuisse tanti. Id enim plebeiũ est, & eius qui res externas calumnietur.

Περιαυτολογία vitanda.

ΚΕΦ. νγ.

ΕΝ τοῖς ὁμιλίαις ἀπέστω, τὸ περὶ τῶν ἑαυτοῦ ἔργων ἢ κινδύνων ἐπὶ πολὺ καὶ ἀμέτρως μεμνῆσθαι. οὐ γὰρ οἷς σοὶ ἡδύ ἐστι τὸ τῶν σῶν κινδύνων μεμνῆσθαι,

CAP. LIII.

IN familiaribus congressibus absit facinorum aut periculorum tuorum prolixa & immodica commemoratio. Nec enim, vt tibi iucundum

cundum est tuorum certaminum meminisse: sic & aliis suaue est, ea quæ tibi acciderunt audire.

οὕτω καὶ τοῖς ἄλλοις ἡδὺ ἐστι τὰ τῶν σοι συμβεβηκότων ἀκούειν.

Risus non mouendus.

CAP. LIIII.

ABsit illud etiam, ne risum moueas. Nam is eiusmodi locus est, e quo procliuis sit in plebeium morem lapsus: eamque vim habet, vt tui obseruantiam facile apud familiares diminuat.

ΚΕΦ. νδ.

Ἀπέχου δὲ καὶ τοῦ γελᾶν πολύ. ὀλισθηρὸς γὰρ ὁ τόπος εἰς ἰδιωτισμὸν, καὶ ἅμα ἱκανὸς τὴν αἰδῶ τὴν πρὸς σὲ τῶν πολιτῶν ἀπάσαι.

Obscœnitas fugienda.

CAP. LV.

PEriculosum est etiam, ad orationis obscœnitatem progredi. Cum igitur tale quippiam inciderit: aut (si feret opportunitas) obiurgabis eum, qui sermonẽ illum iniecerit: aut taciturnitate saltem & rubore vultuque ostendes, eam orationem tibi displicuisse.

ΚΕΦ. νε.

Ἐπὶ φαλὲς δὲ, καὶ τὸ εἰς αἰσχρολογίαν προελθεῖν. ὅταν οὖν τι συμβῇ τοιοῦτον, ἂν μὲν εὔκαιρον ᾖ, ἐπίπληξον τῷ προελθόντι· εἰ δὲ μή, τῷ γε δόποσιωπῆσαι, καὶ ἐρυθριᾶσαι, καὶ σκυθρωπῆσαι, δῆλος γίνῃ δυσχεραίνων τῷ λόγῳ.

Voluptatem contemnere quam capere præstat.

CAP. LVI.

SI voluptatis alicuius imaginem animo conceperis, moderare tibi, ne ab ea mouearis: sed & rem examina, & tibi ipse deliberandi præbe spatium. Deinde vtriusque temporis memẽto, tum eius quo voluptate perfrueris, tum eius quo percepta iam voluptate dolebis, teque ipse obiurgabis,

ΚΕΦ. νς.

ΕΑν ἡδονῆς τινος φαντασίαν λάβῃς, [καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων φύλαξαι.] φύλαξαι σαυτὸν, μὴ συναρπασθῇς ὑπ' αὐτῆς. ἀλλ' ἀναβαλλέσθω [τε] σε τὸ πρᾶγμα. καὶ ἀναβολὴν λάβε. ἔπειτα μνήσθητι ἀμφοτέρων τῶν χρόνων, καθ' ὃν τε ἀπολαύσῃς τῆς ἡδονῆς, καὶ καθ' ὃν ἀπολαύσας ὕστερον μετανοήσῃς, καὶ αὐτὸς σε-

αὐτῷ λοιδορήσῃ, καὶ τούτοις αὐτὰ θες, ὅπως [ἀπεχόμενος χαρήσῃ] ~~ἀπεχόμενῳ σε χαιρήσειν, καὶ ἐπαινέσειν αὐτὸς ἑαυτόν.~~ ἐὰν δέ σοι καιρὸς φανῇ ἅψασθαι τοῦ ἔργου, πρόσεχε μὴ [ἡττήσῃ τε] νικήσῃ σε τὸ προσωπεῖον αὐτῷ, καὶ ἡδὺ, καὶ ἐπιγωγόν. ἀλλ' ἀντίθες, πόσῳ ἄμεινον τὸ συνειδέναι [σεαυτῷ ταῦτα.] ταῦτα τῷ νίκῃ νενικηκέναι.

atque his illa confer. Si abstinueris, fore vt gaudeas, teque ipse collaudes. Quod si tibi suscipiendæ rei videbitur esse tempus, caue ne te vincant eius blanditiæ, & suauitates, & illecebræ: sed illud oppone, quanto præstantior sit talis victoriæ conscientia?

Officio, non vulgi sermonibus moueri debemus.

ΚΕΦ. νζ.

Cap. LVII.

ΟΤαύτα ἀφαγνὲς, ὅπ ποιητέον ἐστὶ, ποιῇς, μηδέποτε φύγῃς ὀφθῶσαν πρᾶσσων αὐτὸ, καὶ [ἀλλοῖόν τι] ἀλλ' οἷόν τι οἱ πολλοὶ μέλλωσι περὶ αὐτῷ ὑπολαμβάνειν. εἰ μὲν γὰρ ὀρθῶς ποιεῖς, αὐτὸ ἔργον φεῦγε· εἰ δ' ὀρθῶς, τί φοβῇ τὰς ἐπιπλήξοντας σοι ὀρθῶς,

CVm facis aliquid, quod faciendum esse statuisti, nunquam recuses inter id agendum conspici: tametsi futurum est, vt vulgus de eo secus iudicet. Nam si perperam facis, rem ipsam fuge. Sin recte, quid eos vereris qui non recte reprehendunt?

1 *Non priuata libidini, sed communitati seruiendum.*
2 *In conuiuiis seruanda modestia.*

ΚΕΦ. νη.

Cap. LVIII.

ΩΣ τὸ, ἡμέρα ἐστὶ, καὶ νύξ ἐστι, πρὸς μὲν τὸ διεζευγμένον μεγάλην ἔχει ἀξίαν, πρὸς λεπτὸν [πρὸς δὲ τὸ συμπεπλεγμένον (ἢ συνημμένον) ἀνυσίαν· οὕτω καὶ τῶν προκειμένων τὸ μείζονα ἑλεῖν, πρὸς μὲν τὸ σῶμα μεγάλην ἔχει ἀξίαν, πρὸς ὃ τὸ κοινόν.] δὲ τὸ κοινὸν σὺν ἐσιάσει, οἷον μὴ φυλάξει,

1 VT hoc pronuntiatum, Dies est, &, Nox est, magnam habet in seiunctione vim, in coniunctione vero prorsus nihil valet: sic maxima quæque ex iis quæ apposita sunt arripere, vt respectu corporis magni est momenti, ita si communitas cõuiuij spectetur, magnum habebit, nisi caueris, dedecus. 2 Cum igitur conuiua es

ua es alicuius: memento, eorum quæ apposita sunt pretium, quod ad corpus attinet, considerandum esse: sed & eam quæ conuiuatori debetur, reuerentiam esse conseruandam.

ἀπαξίαν ἔχῃ. ὅταν οὖν σαυτὸν ἑτέρῳ, μέμνησο, ὑμόνον τοῦτο πρὸς τὸ σῶμα ἀξίαν τῶν παρακειμένων ὁρᾷν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο πρὸς τὴν ἐπιάπορα, οἵαν δεῖ φυλαχθῆναι.

Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.

CAP. LIX. ΚΕΦ. νθ.

SI quam personam, quæ vires tuas superat, induceris: tum eam indecore geres: tum eam quam sustinere posses, negliges.

ΑΝ ὑπὲρ δύναμιν ἀναλάβῃς τι πρόσωπον, καὶ ἐν τούτῳ ἠχρημόνησας· καὶ ὃ ἐδύνασο συγκοσμῆσαι, παρέλιπες.

Mentis integritati studendum.

CAP. LX. ΚΕΦ. ξ.

QVemadmodũ in ambulando caues, ne clauum calces, pedēve distorqueas: sic in degenda vita caue, ne gubernatricem actionem, mentem tuam, lędas. Quod si in re vnaquaque obseruabimus, omnia cautius aggrediemur.

ΕΝ τῷ περιπατεῖν καθάπερ προσέχῃς, μὴ ἐπιβῇς ἥλῳ, μὴ στρέψῃς τὸν πόδα· ὅτι προσέχεις, μὴ τὸ ἡγεμονικὸν βλάψῃς τοσοῦτο. καὶ τοῦτ' οὖν ἐφ' ἑκάστου ἔργου παραφυλάσσωμεν, ἀσφαλέστερον ἀψώμεθα τοῦ ἔργου.

Natura pauca sunt satis, cupiditati nec infinita.

CAP. LXI. ΚΕΦ. ξα.

MOdus pecuniæ corpus est vnicuique, vt calcei pes. Si igitur in eo insteteris, modum seruabis: sin præterieris, iam veluti per

ΜΕΤΡΟΝ κλήσεως τὸ σῶμα ἑκάστῳ, ὡς ὁ πὸς ὑποδήματος. ἂν μὲν οὖν ἐπὶ [τούτοις] τούτοις στῇς, φυλάξεις τὸ μέτρον. ἐὰν δὲ ὑπερβῇς, ὡς κῶν κρημνῶ

λοιπὸν ἀνάγκη φέρεσθαι· καθάπερ ἐπὶ τοῦ ὑποδήματος, ἐὰν ὑπὲρ τὸν πόδα ὑπερβῇς, γένηται καὶ πόρφυρον ὑπόδημα, εἶτα ποικίλον, εἶτα κεντητόν. τέως γὰρ ὑπερ τὸ μέτρον ὅρος ἐθεὶς ἐστιν.

præceps te ferri neceſſe erit. vt & in calceo: ſi vltra pedem progreſſus fueris, ſit auratus calceus, deinde purpureus, deinde interpunctus. Eius enim, quod ſemel tranſieris modum, nullus eſt terminus.

Vxorum modeſtia pluris facienda, quam forma.

ΚΕΦ. ξϚ.

Αἱ γυναῖκες ἀπὸ τεσσαρεσκαιδεκαέτιδος ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κυρίαι καλοῦνται. τοιγαροῦν ὁρῶσαι, ὅτι ἄλλο μὲν οὐδὲν αὐταῖς πρόσεστι, μόνον δὲ συγκοιμᾶσθαι τοῖς ἀνδράσιν. ἄρχονται κοσμεῖσθαι, καὶ ἐν τούτῳ πᾶσαν ἔχουσι τὴν ἐλπίδα. σπουδαστέον οὖν ἄρα ἐστὶν. ἵνα [αἴσθωνται] ἔσθωνται, διότι ἐπ' οὐδενὶ ἄλλῳ, ἢ μόνον ἵνα σώφρονες [σιν] ὦσι καὶ αἰδήμονες ἐν σωφροσύνῃ.

Cap. LXII.

MVlieres ſtatim ab anno decimoquarto a viris domine vocantur. proinde cum vident, ſe nihil aliud habere muneris, niſi vt cum viris concumbant: comere ſe incipiunt, atque in in ornatu ſpem collocant omnem. Quare operæpretium eſt, dare operam vt ſentiant, ſibi non ob aliud honorem haberi, niſi quod & modeſtas ſe præbeant, & verecundas cum tēperantia.

Corpori parum, animo multum temporis tribuendum.

ΚΕΦ. ξγ.

Φυΐας σημεῖον τὸ ἐνδιατρίβειν τοῖς περὶ τὸ σῶμα· οἷον ἐπὶ πολὺ γυμνάζεσθαι, ἐπὶ πολὺ ἐσθίειν, ἐπὶ πολὺ πίνειν, ἐπὶ πολὺ ἀποπατεῖν, ὀχεύειν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν παρέργῳ ποιητέον, τὴν δὲ τοῦ γνώμου ἢ παῖσα ἔξω ἐπιστροφή.

Cap. LXIII.

HEbetis ingenij ſignum eſt, in rebus corporis immorari: velut exerceri diu, edere diu, potare diu, cacare diu, coire diu. Nam hæc quidem facienda ſunt obiter: cura autem omnis ad animum eſt transferenda.

Quid

Quid alii de nobis sentiant aut loquantur, ipsi viderint.

CAP. LXIIII.

ΚΕΦ. ξδ.

CVm tibi quispiam vel malefecerit, vel maledixerit, memento eum opinatum esse, id ex officio sibi fuisse faciendum, & dicendum. Neque vero fieri potest vt id sequatur ille quod tibi videtur, sed id quod sibi. Quod si male iudicat, is damnum facit qui decipitur. Nam connexum verum si quis falsum, inuolutam veritatem si quis mendacium iudicet: non ipsum connexum læditur, sed ille qui deceptus fuerit. Sic igitur instructus, æquo feres animo conuiciatorem. nam ad singula dices, ita visum esse illi.

Ὅταν τίς κακῶς σε ποιῇ, ἢ κακῶς σε λέγῃ, μέμνησο ὅτι καθήκει αὐτὸν οἰόμενον [ποιεῖν λέγειν] ποιεῖ, ἢ λέγει, οὐχ οἷόν τε οὖν ἀκολουθεῖν αὐτὸν τῷ σοι φαινομένῳ, ἀλλὰ τῷ ἑαυτῷ. ὥστε εἰ κακῶς αὐτῷ φαίνεται, ἐκεῖνος βλάπτεται, ὃς τις καὶ ἐξηπάτηται. καὶ γὰρ τὸ ἀληθὲς, συμπεπλεγμένον [ἐὰν ψεύδεις νομίζῃ τις] ἂν τις ὑπολάβῃ ψεῦδος, οὐ τὸ συμπεπλεγμένον [βλάπτεται] βέβλαπται, ἀλλ' ὁ ἐξαπατηθείς. ἀπὸ τούτων οὖν ὁρμώμενος, πρᾴως ἕξεις πρὸς τὸν λοιδοροῦντα. ἐπιφέρειν γὰρ ἑκάστῳ, [ὅτι ἔδοξε.] ἔδοξεν αὐτῷ.

Ansa humanitatis, non vero immanitatis prehendenda.

CAP. LXV.

ΚΕΦ. ξε.

VNaquæque res duas habet ansas: vnam tolerabilem, alteram intolerabilem. Si frater iniuriam fecerit, nõ ea prehende, qua facit iniuriam: ea enim eius ansa non est tolerabilis. Sed illinc potiùs: esse fratrem, esse vna educatum. Sic prehendes eum, qua est tolerabilis.

Παν πρᾶγμα δύο ἔχει λαβάς, τὸ μὲν φορητὸν, τὸ δὲ ἀφόρητον. ὁ ἀδελφὸς ἐὰν ἀδικῇ, ἐντεῦθεν [αὐτὸ] αὐτῷ μὴ λάμβανε, ὅτι ἀδικεῖ· αὕτη γὰρ λαβὴ οὐκ ἔστιν αὐτοῦ ὁ φορητή. ἀλλὰ ἐκεῖθεν μᾶλλον, ὅτι ἀδελφὸς, ὅτι σύντροφος· καὶ λήψῃ αὐτὸ, καθὸ [καθ' ὃ] φορητόν ἐστιν.

Non fortunæ muneribus, sed animi bonis gloriandum.

CAP. LXVI.

ΚΕΦ. ξϛ.

Τοιοι οἱ λόγοι ἀσυνάκτοι· ἐγώ σου πλουσιώτερός εἰμι, ἐγώ σου ἄρα κρείσσων· ἐγώ σου λογιώτερος, ἐγώ σου ἄρα κρείσσων. ἐκεῖνοι δὲ μᾶλλον συνάκτοι· ἐγώ σου πλουσιώτερός εἰμι, ἡ ἐμὴ ἄρα κτῆσις τῆς σῆς κρείσσων. ἐγώ σου λογιώτερος, ἡ ἐμὴ ἄρα λέξις τῆς σῆς κρείσσων. σὺ δὲ γε οὔτε κτῆσις εἶ, οὔτε λέξις.

ORationes hæ non cohærent: Ego sum te locupletior, ergo sum te melior. Ego sum te eloquẽtior, ergo sum te melior. At illæ magis cohærent: Ego sum te ditior, mea ergo pecunia tuę præstat: Ego sum te eloquẽtior, mea ergo dictio tuæ præstat. Tu vero nec pecunia es, nec dictio.

Non ipsum modo factum, sed causa etiam facti spectanda.

ΚΕΦ. ξζ.

Λοῦταί τις ταχέως, μὴ εἴπῃς, ὅτι κακῶς, ἀλλ' ὅτι ταχέως. πίνει τις πολλὼ οἶνον; μὴ εἴπῃς, ὅτι κακῶς, ἀλλ' ὅτι πολλώ. πρὶν γὰρ διαγνῶναι τὸ δόγμα, πόθεν οἶδα εἰ κακῶς; οὕτως ἂν συμβήσεταί σοι, ἄλλας μὲν φαντασίας καταληπτικὰς καταλαμβάνειν, ἄλλοις δὲ συγκατατίθεσθαι.

CAP. LXVII.

LAuat quispiam cito: ne dicas lauisse male, sed cito. Bibit quispiam multum vini: ne dicas bibisse male, sed multum. Priusquam enim id decretum diiudicaris, vnde scis an male? Sic vsu tibi veniet, vt alia visa certo comprehensa habeas, aliis assentiaris.

Philosophia non verbis, sed factis declaranda.

ΚΕΦ. ξη.

Μηδαμοῦ σαυτὸν εἴπῃς φιλόσοφον, μηδὲ λάλει τὸ πολὺ ἐν ἰδιώταις περὶ τῶν θεωρημάτων· οἷον ἐν συμποσίῳ μὴ λέγε πῶς δεῖ ἐσθίειν, ἀλλὰ ἔσθιε ὡς δεῖ. μέμνησο γάρ, ὅτι οὕτως ἀφηρήκει παντάχοθεν καὶ Σωκράτης τὸ ἐπιδεικνύεσθαι. ἤρχοντό τινες παρ' αὐτὸν, βουλόμενοι φιλοσόφοις ὑπ' αὐτῷ συναθλῆσαι, κἀκεῖνος ἀπῆγεν αὐτούς· οὕτως ἠνείχετο παρεωμένος.

CAP. LXVIII.

NVsquam te philosophum profitearis, nec apud imperitos multum disputes de præceptis: velut in conuiuio ne dic, quo pacto sit edendum, sed ede vt decet: ac memento, etiã Socratem sic vndecunque fustuliſſe ostẽtationem. Conueniebatur ab illis qui se ab eo cõmendari vellent philosophis, atque ipse abducebat eos. Adeo leniter ferebat neglectum sui.

Nihil

1 *Nihil temere effutiendum.*
2 *Oues lacte & lana ostendunt quantum comederunt.*

CAP. LXIX.

ΚΕΦ. ξθ.

1 ITaque si apud imperitos de præcepto aliquo sermo inciderit: maxima ex parte taceto. Magni enim periculi est, statim euomere quod non concoxeris. Quod si quis dixerit, te nihil scire, tuque commotus non fueris: tum scito rem esse incoatam. Nam 2 & oues nõ fœnum afferunt opilionibus, ac demonstrant quantum comederint: sed pastu intra se concocto, extra ferunt lanam & lac. Et tu igitur ne verba celeriter ostendas imperitis, sed opera quæ verborum concoctionem sequuntur.

Ὥσπερ καὶ τοῖς θεωρήμασιν ἔνι καὶ ἐν ἰδιώταις ἐμπίπλη λόγος, σιώπα τὸ πολὺ. μέγας γὰρ ὁ κίνδυνος, σὺ ἧς ἐξεμέσας, ὃ σὺ οὐκ ἔπιψας. κὰν ὅταν εἴπῃ σοι τὶς, ὅτι οὐδὲν οἶδα, κὰν σὺ μὴ δηχθῇς, σὺ τότ' ἴσθι, ὅτι [ἦρξεις] ἀρχὴ δ' ἔργου. ἐπεὶ κὰ τὰ τοῦ βοὸς, ὀλίγον φέρουσα τοῖς προβάτοις ἐπιδείκνυσι, πόσον ἔφαγεν· ἀλλὰ τῷ νομεῖ ἴσως πίων ἐστί. ἔριον ἔξω φέρει, κὰ γάλα. καὶ σὺ τοίνυν μὴ ταχέως ῥήματα τοῖς ἰδιώταις ἐπιδείκνυε, ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν πεφθέντων τὰ ἔργα.

Ostentatio fugienda.

CAP. LXX.

ΚΕΦ. ο.

SI corpus frugaliter curare didicisti, ne ob id tibi placeas: nec, si aquam potas, ad quamuis occasionem te potare aquam dictita. Quod si quando ad laborem te vis exercere, in tuum, non in exterorum vsum, ne statuas amplectere: sed si quando vehementer sitieris, frigidam haustam exspuito, ac nemini dicito.

Ὅταν ἁπλῶς ἡρμοσμένος ἧς κὰ τὸ σῶμα, μὴ καλλωπίζου ἐπὶ τούτῳ· μηδ' ἂν ὕδωρ πίνῃς ἐν παύσει ἀφορμῆς, λέγε, ὅτι ὕδωρ πίνεις. καὶ ἀσκήσαί ποτε θέλεις πόνον, σεαυτῷ, καὶ μὴ τοῖς ἔξω, μὴ τοὺς ἀνδριάντας περιλάμβανε· ἀλλὰ διψῶν ποτε σφοδρῶς, ἐπίασον ψυχρὸν ὕδατος, καὶ ἔκπτυσον, καὶ μηδενὶ εἴπῃς.

In seipso cuique posita omnia.

ΚΕΦ. οα.

Ἰδιώτου στάσις καὶ χαρακτὴρ, οὐδέποτε ἐξ ἑαυτοῦ προσδοκᾷ ὠφέλειαν ἢ βλάβην, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔξω. φιλοσόφου στάσις καὶ χαρακτὴρ, πᾶσιν ὠφέλειαν καὶ βλάβην ἐξ ἑαυτοῦ προσδοκᾷ.

CAP. LXXI.

PLebeij status & nota est, nunquam a seipso vel damnum exspectare, vel vtilitatem, sed a rebus externis. Philosophi status & expressa imago est, omnem vtilitatem & damnum a semetipso exspectare.

Signa eius qui proficiat.

ΚΕΦ. οβ.

Σημεῖα προκόπτοντος οὐδένα ψέγει, οὐδένα ἐπαινεῖ, οὐδένα μέμφεται, οὐδενὶ ἐγκαλεῖ, οὐδὲν περὶ ἑαυτοῦ λέγει, ὡς ὄντος τινὸς, ἢ εἰδότος τι. ὅταν ἐμποδισθῇ τι, ἢ κωλυθῇ, ἑαυτῷ ἐγκαλεῖ· καὶ ἂν τις αὐτὸν ἐπαινέσῃ, καταγελᾷ ἂν ἐπαινοῦντος αὐτὸς παρ' ἑαυτῷ· καὶ ψέγῃ, οὐκ ἀπολογεῖται. ἀσθενέσι δὲ καθάπερ οἱ ἀρρωστοι, ὀλιγωρούμενός τι κινῆσαι τῶν [καθεσταμένων] καθηκόντων, πρὶν πῆξιν λαβεῖν. ὄρεξιν ἅπασαν [ἤρυκεν ἐξ ἑαυτ.] ἦρκεν ἀφ' ἑαυτοῦ· τὴν δ' ἔκκλισιν εἰς μηδὲν τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐφ' ἡμῖν μετατέθεικεν. ὁρμῇ πρὸς ἅπαντα ἀνεμποδίστῳ χρῆται. καὶ ἂν πάλιν ἡ ἀμαθὴς δοκῇ, ὑπεφρόντικεν. ἑνί τε λόγῳ, ὡς ἐχθρὸν ἑαυτὸν παραφυλάσσει, καὶ ἐπίβουλον.

CAP. LXXII.

SIgna proficientis sunt, neminem reprehendere, neminem laudare, neminem culpare, neminem accusare: nihil de seipso prædicare, quasi aliquis sit, aut aliquid sciat. Cum in aliqua re impeditus fuerit aut prohibitus: seipsum accusat. Si ab aliquo laudatur: secum ipse deridet laudatorem. si reprehenditur, non defendit se: sed ritu infirmorum circuit, metuens ne statum illum conuellat, priusquam is confirmetur. Omne desiderium a se dependens habet: auersationem ad ea sola quæ naturæ eorum repugnant, quæ nobis parent, transtulit. Appetitione ad omnia remissa vtitur: siue stolidus siue indoctus habeatur, non curat. Denique, vt inimicum & insidiatorem, seipsum obseruat.

Grammatici,

Grammatici, non philosophi sunt, qui præcepta sapientum explicant, nec sequuntur,

CAP. LXXIII.

SI quis intelligentia & explicandi facultate librorum Chrysippi gloriatur, ipse tibi dic: Nisi obscure scripsisset Chrysippus, nihil haberet ille quo gloriaretur. Ego vero quid cognoscere studeo? Naturam, & hanc sequi. Quæro igitur quis sit eius interpres? Cum audiero, Chrysippum esse: eum conuenio. At scripta non intelligo. Quæro igitur enarratorem. Ac hactenus quidem nihil præclari. Cum autem enarratorem inuenero, reliquum est vti præceptis: id quod solum præclarum est. Sin ipsam enarrationem admiratus fuero: quid aliud nisi Grammaticus philosophi loco euasi? eo duntaxat excepto, quod pro Homero Chrysippum enarro? Magis igitur, cum quis a me petierit prælegi sibi Chrysippum, erubesco: cum facta nequeo similia verbis, & consentanea præstare.

ΚΕΦ. ογ.

Ὅταν τις ἐπὶ τῷ νοεῖν καὶ ἐξηγεῖσθαι δυνάσθαι τὰ Χρυσίππου βιβλία σεμνύηται, λέγε αὐτὸς πρὸς ἑαυτόν, Εἰ μὴ Χρύσιππος ἀσαφῶς ἐγεγράφει, οὐδὲν ἂν εἶχεν ὅτου ἐφ' ᾧ σεμνύεται. ἐγὼ δὲ τί βούλομαι; καταμαθεῖν τὴν φύσιν, καὶ ταύτῃ ἕπεσθαι. ζητῶ οὖν, τίς ἐστιν ὁ ἐξηγούμενος; καὶ ἀκούσας ὅτι Χρύσιππος, ἔρχομαι [ἔρχη ἐπ'] πρὸς αὐτόν· ἀλλὰ οὐ νοῶ τὰ γεγραμμένα; ζητῶ τὸν ἐξηγούμενον. καὶ μέχρι τούτων οὔπω σεμνὸν οὐδέν. ὅταν δὲ εὕρω τὸν ἐξηγούμενον, ἀπολείπεται χρῆσθαι τοῖς παρηγγελμένοις· τοῦτο μόνον σεμνόν ἐστιν. αὖ δὲ αὐτὸ τοῦτο ἐξηγεῖσθαι θαυμάσω, τί ἄλλο ἢ γραμματικὸς ἀπεστελέσθην ἀντὶ φιλοσόφου; πολλοῦ γε δεῖ, ὅπου ἀντὶ ὁμήρου Χρύσιππον ἐξηγοῦμαι. μᾶλλον οὖν ὅταν τις εἴπῃ μοι, ἐπανάγνωθί μοι Χρύσιππον, ἐρυθριῶ, ὅταν μὴ δύνωμαι ὅμοια τὰ ἔργα καὶ σύμφωνα ἐπιδεικνύειν τοῖς λόγοις.

Præceptis obtemperandum, non curandi sermones.

CAP. LXXIII.

HÆc obserua tanquam leges, citra piaculum non violandas. Quicquid

ΚΕΦ. οδ.

Ὅσα προτίθεται, τούτοις ὡς νόμοις, καὶ ὡς ἀσυλήτοις παραβησόμενος ἔμμενε. ὅ, τι δ'

αὖ ἐρῇ τις σοί σε, μὴ ἐπιτρέψῃς· πᾶσι γὰρ σοὶ ἔτ' ἐστὶν.

autem de te dictum fuerit, id ne curato. Id enim non iam tui est arbitrij.

1 *Tolle moras: semper nocuit differre paratis.*
2 *Qui non est hodie, cras minus aptus erit.*

ΚΕΦ. οε. CAP. LXXV.

ΕΣ ποῖον ἕλκ χρόνον ἀναβάλῃ, τὸ τῶν βελτίστων ἀξιοῦν σεαυτὸν, καὶ ἐν μηδενὶ παραβαίνειν τὸν διωρισμένον λόγον; παρείληφας τὰ θεωρήματα, οἷς ἔδει σε συμβάλλειν, καὶ [συμβέβηκας] συμβέβληκας; ποῖον ἂν ἔτι διδάσκαλον προσδοκᾷς, [ἵνα] ἢν εἰς ἐκεῖνον ὑπερθῇς τὴν ἀπανόρθωσιν ποιῆσαι τὴν σεαυτοῦ; οὐκ ἔτι εἶ μειράκιον, ἀλλὰ ἀνὴρ ἤδη τέλειος. αὖ τοίνυν ἀμελήσῃς, καὶ ῥαθυμήσῃς, καὶ [μεθ' ὑπερθέσεως ποιῇς] ἀεὶ ὑπερθέσεις ἐξ ὑπερθέσεων ποιῇς, προθέσεις ἐκ προθέσεων, καὶ ἡμέρας ἄλλας ἐπ' ἄλλαις ὁρίζῃς, μεθ' ἃς προθήσεις σεαυτῷ, λήσεις σεαυτὸν δ' προκόψας, ἀλλ' ἰδιώτης ἀπελεύσῃ καὶ ζῶν καὶ ἀποθνήσκων. ἤδη οὖν ἀξίωσον σεαυτὸν βιοῦν ὡς τέλειον, καὶ προκόπτοντα, καὶ πᾶν τὸ βέλτιστον φαινόμενον ἔστω σοι νόμος· ἀπαραίβατος. καὶ ἐπίπονον ἢ ἡδύ, ἢ ἔνδοξον, ἢ ἄδοξον προτάσσηται, μέμνησο ὅτι νῦν ὁ ἀγὼν, καὶ ἤδη πάρεστι τὰ ὀλύμπια, καὶ οὐκ ἔστιν ἀναβάλλεσθαι· [καὶ πῶς, καὶ ὅτι παρὰ] καὶ ὅτι παρὰ μίαν ἥτταν καὶ ἔνδοσιν ἢ ἀπόλλυται προκοπὴ, ἢ σώζεται. Σωκράτης οὕτως ἀπιτε-

1 QVousq; tandem differes præstantissima quæque tibi vendicare, & nullatenus distinctionē rationis violare? Accepisti præcepta quæ amplectenda tibi fuerunt, eaq; amplexus es. Qualē igitur adhuc doctorem exspectas, cuius in aduentum tui correctionē differas? nō iam adolescens es, sed matura ætate vir. Itaque si neglexeris & cessaris, ac subinde moræ moram, proposito propositum adiunxeris, & dies alios post alios constitueris: non animaduertes nihil te profeciſſe, sed hominē plebeium fore tam viuentem quam morientē? Nunc igitur viri perfecti & proficientis vitam tibi sume: ac quicquid tibi visum fuerit optimum, ea lex sit inuiolabilis. Ac si quid laborioſum, aut suaue, aut glorioſum, aut ignominioſum ingruerit: memento tum adesse discrimen, tum instare Olympia, nec licere differre: ac profectum vna clade ac remissione vel perire, vel

re, vel retineri. Ita Socrates in eum euasit, qui fuit: cum in omnibus se ipse promoueret, cum nemini auscultaret nisi Rationi. Tu vero etsi nondum es Socrates, sic tamen, vt qui Socrates esse velis, debes viuere.

λίσθη, ἐπὶ πάντων προθάλλων ἑαυτὸν, μηδενὶ ἄλλῳ προσέχων ἢ τῷ λόγῳ. σὺ δὲ εἰ κὴ μήπω εἶ Σωκράτης, ὡς Σωκράτης γε εἶναι, βαλόμενος, ὠφείλεις βιοῦν.

1 Præcepta & causis præceptorum, & methodo demonstrationum potiora.

2 Disputare de virtute, quam ex virtute viuere, promtius.

CAP. LXXVI. ΚΕΦ. ος.

1 PRimus & maxime necessarius in philosophia locus est is, qui agit de vsu decretorum: veluti, de non mentiendo. Alter, qui demõstrationes tradat: veluti, cur non sit mentiendum? Tertius, is qui has ipsas cõfirmat & distinguit: veluti, Qui fiat vt ista sit demonstratio? quid sit demõstratio? quid consequentia? quid pugna? quid verum? quid falsum? Quare tertius locus necessarius est propter secundum, secundus propter primum. Maxime autẽ 2 necessarius est, & in quo cõquiescendum sit, primus. Nos vero diuersum facimus. Nam in tertio loco immoramur, in eoq; omne studium nostrum consumimus: primum autem prorsus negligimus. Proinde mentimur quidem: quomodo autem demonstretur non esse mentiendum, in promtu habemus.

Ο πρῶτος κὴ ἀναγκαιότατος τόπος ἐστὶν ἐν φιλοσοφίᾳ, ὁ τῆς χρήσεως τῶν δογμάτων. οἷον, ὁ μὴ ψεύδεσθαι. ὁ δεύτερος, ὁ τῶν ἀποδείξεων οἷον. [πόθεν ὅτι ἀ.] πῶς ἀ δεῖ ψεύδεσθαι. τρίτος, ὁ αὐτῶν τούτων βεβαιωτικὸς, κὴ [διαλυτικός] διαιρετικός· οἷον, πόθεν ὅτι τοῦτο ἀπόδειξις. τί γάρ ἐστιν ἀπόδειξις, τί ἀναγκαῖον, τί μάχη, τί ἀληθὲς, τί ψεῦδος; ἀναγκαῖον ὁ μὲν τρίτος τόπος ἀναγκαῖος διὰ τὸν δεύτερον, ὁ δὲ δεύτερος διὰ τὸν πρῶτον; ὁ δὲ ἀναγκαιότατος, κὴ ὅπου ἀναπαύεσθαι δεῖ, ὁ πρῶτος. ἡμεῖς δὲ ἐμπαλιν ποιοῦμεν. ἐν γὰρ τῷ τρίτῳ τόπῳ διατρίβομεν, κὴ πρὸς [ἐκείναν] ἐκεῖνόν ἐσιν ἡμῖν ἡ πᾶσα σπουδή. τὸ δὲ πρῶτον παντελῶς ἀμελοῦμεν. διόπερ ψευδόμεθα μὲν, [πῶς δὲ δεῖ ἀποδεικνύειν ὅτι ἀ ψεύ.] πῶς δ' ἀποδείκνυται, ὅτι ἀ δεῖ ψεύδεσθαι, ἕτοιμον ἔχομεν.

Toti a diuina voluntate pendere, ei parere, & res externas contemnere debemus.

ΚΕΦ. οζ.

Ἐπὶ παντὸς πρόχειρα, δυ-
ἐκτέον ταῦτα· ἄγε δή με ὦ
ζεῦ, καὶ σὺ ἡ πεπρωμένη, ὅπου
ποθ' [ὑμῖν] ἡμῖν εἰμὶ διατε-
ταγμένος, ὡς [ἕψωμαι] ἕψο-
μαί γε ἄοκνος. ἂν δὲ μὴ θέ-
λω, [κακὸς γενόμενος οὐδ'] οὐ-
δὲν ἧττον ἕψομαι.

CAP. LXXVII.

IN quouis incepto hæc o-
ptanda sunt: Duc me ò Iu-
piter, & tu Fatum, eo quo
sum a vobis destinatus. Se-
quar enim alacriter. Quod
si noluero: & improbus ero,
& sequar nihilominus.

ΚΕΦ. οη.

Ὃς δ' [αὖ] ἀναγκαίως συ-
γκεχώρηκε καλῶς, σοφὸς
παρ' ἡμῖν, καὶ τὰ θεῖα ἐπίσταται.

CAP. LXXVIII.

NEcessitati qui probe se
accommodat, sapit:
estque rerum diuinarum
conscius.

ΚΕΦ. οθ.

Ἀλλ' ὦ κρίτων] ἀλλὰ καὶ
τὸ τρίτον· ὦ κρίτων, εἰ
ταύτῃ τοῖς θεοῖς φίλον,
ταύτῃ γινέσθω. ἐμὲ δὲ ἄνυτος
καὶ μέλητος ἀποκτεῖναι μὲν δύ-
νανται, βλάψαι δὲ οὔ.

CAP. LXXIX.

SEd & tertium illum, ὦ
Crito, si diis ita visum
fuerit, ita fiat. Me autem
Anytus & Melitus occidere
sane possunt, lædere vero
non possunt.

Epicteti Enchiridii finis.

KEBH-

ΚΕΒΗΤΟΣ ΘΗΒΑΙΟΥ ΠΙΝΑΞ.

CEBETIS THEBANI TABVLA, QVA VITÆ HVMANÆ PRVDENTER INSTITVENDÆ ratio continetur:

HIERONYMO WOLFIO Oetingensi interprete.

I Ædes Saturni.
II Pictura.
III Pythagorea & Parmenidea doctrina.
IIII Salutaris doctrinæ ignoratio & neglectio pernitiosa est.
V Sphinx, ignorantiæ symbolum.
VI Amentia Sphinx.
VII Enarratio picturæ: Primum septum: Turba: Senex: Genius: Impostura. Poculum erroris & ignorantiæ: Opiniones: Cupiditates: Voluptates: Fortuna: Saxum rotundum: frustrationes: Inconsiderati.
VIII Fortunæ munera.
IX Primi septi domicilium: Incontinentia, Luxuria, Auaritia, Adulatio: Pœna, Mœstitia, Ærumna, Luctus, Desperatio, Infelicitas, Pœnitentia.
X Secundum septum: Falsi nominis eruditio: Non vere docti: Poetæ, Oratores, Dialectici, Mathematici, Cyrenaici, Peripatetici, Grammatici, & reliqui.
XI Falsi nominis eruditio nullis erroribus, vitiis aut malis liberat.
XII Tertium Septum: Via ad veram eruditionem: Locus

editus: Ianua, Via, Tumulus, Aditus, Rupes, Continentia, Tolerantia, Robur, Fiducia, Beatorum domicilium, Virtus, Beatitudo, Eruditio, Veritas, Suadela, Saxum quadratum, Fiducia, Securitas, Tranquillitas.

XIII *Vis purgatrix, Excrementa purgatorum, Scientia, Fortitudo, Iustitia, Integritas, Temperantia, Modestia, Liberalitas, Continentia, Clementia, Beatitudo, Corona.*

XIV *Victoria monstrorum.*

XV *Spectaculum infelicium, Libertas, Tranquillitas.*

XVI *Coronati, Inornati.*

XVII *Comites ignauorum, & maledicta, peruersumque iudicium.*

XVIII *Opinionum discursatio.*

XIX *Genij precepta.*

XX *Fortuna non fidendum.*

XXI *Eruditionis munera expetenda.*

XXII *Incontinentia & luxuria fugienda.*

XXIII *Falsi nominis eruditionis muneribus vtendum.*

XXIV *Artes liberales non quidem esse necessarias, sed tamen commodas studioso virtutis.*

XXV *Non vere eruditi, aque vitiosi ac cateri mortales.*

XXVI *Stoica corporearum & fortuitarum rerum extenuationes.*

XXVII *Vita, Valetudo, Diuitiæ.*

XXVIII *Falsa de rebus expetendis & fugiendis opiniones, omnium & vitiorum & malorum causa.*

Cap. 1.

Ἐτυγχάνομεν θεασάμενοι τῶν ἐν τῷ Κρόνου ἱερῷ, ἐν ᾧ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἀναθήματα ἐτύγχανεν ὄντα· [ἀνέκειτο [ἀνέκειτο δὲ καὶ πίναξ τις ἐμπεπασμένος ξύλῳ, ἐν ᾧ ἦν γεγραφὴ τις ξένη, καὶ μύθους ἔχουσα ἰδίους, οὓς οὐκ ἠδυνάμεθα συμβαλεῖν τίνες καὶ πόθεν ἦσαν. οὔτε γὰρ πόλις ἐδήλου ἡμῖν εἶναι τὸ γεγραμ-

IN æde Saturni deambulantes, cum alia complura donaria spectabamus: tũ tabulam quandam ante sacellum dedicatam, quæ peregrinas & peculiares fabulas depictas haberet. Quæ cuiusmodi & vnde essent, coniicere non poteramus. Pictura enim neque vrbem neque

neque caſtra præ ſe ferebat: ſed erat ſeptum quoddam alia duo ſepta continens, alterum maius, alterum minus. Erat & porta in primo ſepto, cui magna turba aſtare videbatur. Intra ſeptum vero mulieres complures conſpiciebantur. In aditu primi veſtibuli & ſepti, ſenex quidam ſtabat, eo geſtu & habitu, vt ingredienti turbæ præcipere aliquid videretur. Cum vero diu inter nos, quid commentum illud ſibi vellet, ambigeremus, ſenex quidam aſtans, Non mirum, inquit, eſt, hoſpites, vos de pictura hac dubitare. Nam & ex indigenis pauci norunt fabulæ ſignificationem. Neque enim ciuitatis noſtræ donarium eſt: ſed olim hoſpes quidam, vir cordatus & eruditione præſtans, qui & dictis & factis Pythagoreæ & Parmenideæ vitæ ſtudium præ ſe ferret, tam templum hoc, quam picturã Saturno dedicauit. An vero, inquam, ipſum hominem vidiſti, & noſti? Atq; etiam, (inquit) longo tempore fui cum admiratus. Nam iunior cum eſſet, multa præclare differebat: & huius ipſius fabulæ doctrinam ſæpe eum audiui exponentem. Obſecro igitur, inquam, niſi magna quæpiam occupatio te

μῆκος, οὔτε τραπέζιον, ἀλλὰ τροχοειδὲς ὂν ὡσπερ, ἔχων ἐντὸς τροχοειδεῖς δύο, τὸν μὲν μείζω, τὸν δὲ ἐλάττω. ἐκ δὲ καὶ πύλη ἐπὶ τοῦ τροχοῦ τοῦ ἑτέρου. τροὸς δὲ τῇ πύλῃ, ὄχλος ἐδόκει ἡμῖν πολὺς ἐφεστάναι. ἔνδον δὲ τοῦ τροχοῦ, πλῆθός τι γυναικῶν ἑωρᾶτο. ἐπὶ δὲ τῆς εἰσόδου τοῦ τροχοῦ πυλῶν καὶ τροχοῦ γέρων τις ἑστὼς, ἔμφασιν ἐποίει, ὡς τροσταττων τι τοῖς εἰσιοῦσι ὄχλῳ. ἀπορουμένων δὲ ἡμῶν τροὶ τῆς μυθολογίας τροὸς ἀλλήλους πολὺν χρόνον, πρεσβύτης τις παρεστὼς, οὐδὲν δεινὸν πάσχετε ὦ ξένοι, ἔφη, ἀπορουῦτες τροὶ τῆς γραφῆς ταύτης. οὐ γὰρ τῶν ἐπιχωρίων πολλοί ἴσασι, τί ποτε αὕτη ἡ μυθολογία δηλοῖ. οὐδὲ γὰρ ἐστι πολίτικὸν ἀνάθημα, ἀλλὰ ξένος τις πάλαι ποτὲ ἀφίκετο δεῦρο, ἀνὴρ ἔμφρων, καὶ δεινὸς τροὶ σοφίαν, λόγῳ δὲ καὶ ἔργῳ Πυθαγόρειόν τινα καὶ Παρμενίδειον ἐζηλωκὼς βίον, ὅς γε, τὸ ἱερὸν τοῦτο, καὶ τὸν γραφέα ἀνέθηκε τῷ κρόνῳ. πότερον οἶδ, ἔφην ἐγὼ, καὶ αὐτὸν τὸν ἄνδρα γιγνώσκεις ἑωρακώς; καὶ ἐθαύμασά γε, ἔφη, αὐτὸν πολὺν χρόνον. νεώτερος γὰρ ὢν, πολλὰ καὶ σοφὰ διελέγετο. καὶ τροὶ ταύτης δὲ τῆς μυθολογίας, πολλάκις αὐτοῦ ἠκηκόειν

Caſ. 2.

διεξιόντος. πρὸς διὸς τοίνυν, ἔφην ἐγὼ, εἰ μή τις σοι μεγάλη ἀσχολία τυγχάνει οὖσα, διήγησαι ἡμῖν. πάνυ γὰρ ἐπιθυμοῦμεν ἀκοῦσαι, τί ποτέ ἐστιν ὁ μῦθος. οὐδεὶς φθόνος ὦ ξένοι, ἔφη. ἀλλὰ τοῦτο δεῖ ὑμᾶς ἀκοῦσαι, ὅτι ἐπικίνδυνόν τι ἔχει ἡ ἐξήγησις. οἷόν τι; ἔφην ἐγὼ. ὅτι εἰ μὲν προσέξητε, ἔφη, καὶ συνήσετε τὰ λεγόμενα, φρόνιμοι καὶ εὐδαίμονες ἔσεσθε· εἰ δὲ μὴ, ἄφρονες, καὶ κακοδαίμονες, καὶ [πονηροὶ] πικροὶ, καὶ ἀμαθεῖς γενόμενοι, κακῶς βιώσεσθε. Ἔστι γὰρ ἡ ἐξήγησις ἐοικυῖα τῷ τῆς σφιγγὸς αἰνίγματι, ὃ ἐκείνη προὐβάλλετο τοῖς ἀνθρώποις. εἰ μὲν οὖν αὐτὸ συνίῃ τις, ἐσώζετο· εἰ δὲ μὴ συνίῃ, ἀπώλλυτο ὑπὸ τῆς σφιγγός. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἐξηγήσεως ταύτης. ἡ γὰρ Ἀφροσύνη τοῖς ἀνθρώποις σφίγξ ἐστιν. αἰνίττεται δὲ καὶ τάδε, τί ἀγαθὸν, τί κακὸν, τί οὔτε ἀγαθὸν, οὔτε κακὸν ἐστὶν ἐν τῷ βίῳ ταῦτ' οὖν ἐὰν μή τις συνίῃ, ἀπόλλυται ὑπ' αὐτῆς οὐκ εἰσάπαξ, ὥσπερ ὁ ὑπὸ τῆς σφιγγὸς καταβρωθεὶς ἀπέθνησκεν, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ καταφθείρεται, καθάπερ οἱ ἐπὶ τιμωρίᾳ παραδιδόμενοι. ἂν δέ τις γνῶ, ἀνάπαλιν ἡ μὲν Ἀφροσύνη ἀπόλλυται, αὐτὸς δὲ σώζεται, καὶ μακάριος καὶ εὐδαίμων γίγνεται ἐν παντὶ τῷ βίῳ. ὑμεῖς οὖν προσέχετε, καὶ μὴ παρακούετε. ὦ ἡράκλεις,

impedit, fabulam nobis explica, cuius audiendæ auidissimi sumus. Nihil, inquit, obstat hospites: sed illud vobis tenendum est, enarrationem periculi non expertem esse. Cuiusmodi, inquam, id est? Quia si 4 auscultaueritis, atque intellexeritis, ea quæ dicentur, prudentes & beati euadetis. Sin minus: facti væcordes, infelices, acerbi atque indocti, male viuetis. Est enim 5 expositio Spingis ambagibus similis, quas illa hominibus proponebat: quas qui intellexerat, manebat incolumis: qui non assecutus erat, a Sphinge occidebatur. Eadem est & enarrationis huius ratio. Nam 6 AMENTIA Sphinx est hominibus. Obscure autem & hæc innuit, quid in vita sit bonum, quid malum: quid neque bonum, neque malum. Quæ qui non intelligit, ab ea non semel interit, vt is qui a Sphinge occisus deuorabatur: sed paulatim per omnem ætatem, vt qui coniecti in carcerem, manum carnificis exspectant, contabescit. Sin ea cognorit aliquis, vice versa perit Amētia: ipse vero saluus manet, perque omnem vitam malorum expers, beatus efficitur. Vos igitur attenti estote

estote, nec obiter audite. Dij boni, quantam nobis cupiditatem iniecisti, si ista ita sunt? Ita, inquit, res est. Quamprimum igitur narres velim. Nam nos quidem haud obiter audiemus, in tanti præsertim & premij & supplicij exspectatione. Sublato igitur baculo, & ad picturam extento: Cernitis, inquit, septum hoc? Cernimus. Hoc primum vobis tenendum est, locum hunc appellari Vitam: & magnã multitudinem quæ portæ assistit, eos esse, qui in vitam venturi sunt. Senex vero is qui superne stat, chartam quandam vna manu tenens, altera vero quiddam veluti monstrans, GENIVS dicitur. Mandat autem ingredientibus, quid eis, vbi in vitam venerint, faciendum sit: & cui viæ se committere debeant, si salui esse in vita velint, ostendit. Quam igitur, inquam ego, viam ingredi eos iubet? aut quomodo? Viden', inquit, iuxta portam solium positum, qua turba ingreditur, cui mulier insidet ficto vultu, argutaque specie, & manu poculum quoddam tenens? Video, inquam: sed quæ ea est? IMPOSTVRA, inquit, quæ omnes homines seducit. Ecquid agit ea? Iis qui in vitam ingrediuntur, facul-

ὡς εἰς μεγάλην τινὰ ἐπιθυμίαν ἐμβέβληκας ἡμᾶς, εἰ ταῦθ' οὕτως ἔχει. ἀλλ' ἔστιν, ἔφη, οὕτως ἔχοντα. οὐκ ἂν φθάνοις τοίνυν διηγούμενον, ὡς ἡμῶν προσεξόντων οὐ παρέργως, ἐπείπερ καὶ τὸ ἐπιζήμιον τοιοῦτόν ἐστιν. ἀναλαβὼν οὖν ῥάβδον τινὰ καὶ ἐκτείνας πρὸς τὴν γραφήν, ὁρᾶτε, ἔφη, τὸν περίβολον τοῦτον; ὁρῶμεν. τοῦτο πρῶτον δεῖ εἰδέναι ὑμᾶς, ὅτι καλεῖται ὁ τόπος οὗτος βίος. καὶ ὄχλος ὁ πολὺς, ὁ παρὰ τὴν πύλην ἐφεστὼς, οἱ μέλλοντες εἰσπορεύεσθαι εἰς τὸν βίον, οὗτοί εἰσιν. ὁ δὲ γέρων, ὁ ἄνω ἑστηκὼς, ἔχων χάρτην τινὰ ἐν τῇ χειρὶ, καὶ τῇ ἑτέρᾳ ὥσπερ δεικνύων τι, οὗτος δαίμων καλεῖται. προστάττει δὲ τοῖς εἰσπορευομένοις, τί δεῖ αὐτοὺς ποιεῖν, ὡς ἂν εἰσέλθωσιν εἰς τὸν βίον· καὶ δεικνύει ποίαν ὁδὸν αὐτοὺς δεῖ βαδίζειν, εἰ σώζεσθαι μέλλουσιν ἐν τῷ βίῳ. ποίαν οὖν ὁδὸν κελεύει βαδίζειν, ἢ πῶς; ἔφην ἐγώ. ὁρᾷς, εἶπε, παρὰ τὴν πύλην θρόνον τινὰ κείμενον κατὰ τὸν τόπον τοῦτον, καθ' ὃν εἰσπορεύεται ὁ ὄχλος, ἐφ' οὗ κάθηται γυνὴ πεπλασμένη τῷ ἤθει, καὶ πιθανὴ φαινομένη, καὶ ἐν τῇ χειρὶ ἔχουσα ποτήριόν τι; ὁρῶ, ἀλλὰ τίς ἐστιν αὕτη; ἔφην. Ἀπάτη καλεῖται, φησὶν, ἡ πάντας τοὺς ἀνθρώπους πλανῶσα. εἶτα, τί πράττει αὕτη; τοὺς εἰσπορευομένους εἰς τὸν βίον ποτίζει τῇ ἑαυτῆς

Cap. 3.

δωάμει. τοῦτο ἦ ἐστὶ τὸ ποτόν; πλανὴ, ἔφη, καὶ ἄγνοια. εἶτα δή; πίοντες τοῦτο πορεύονται εἰς τὸν βίον; πότερον οὖν πάντες πίνουσι τὸ πλανῶν, ἢ οὔ; πάντες πίνουσιν, ἔφη· ἀλλ' οἱ μὲν πλεῖον, οἱ δὲ ἧττον. ἐπεὶ οὐχ ὁρᾷς ἔνδον τῆς πύλης πλῆθός τι γυναικῶν ἑταιρῶν, παντοδαπὰς μορφὰς ἐχουσῶν; ὁρῶ. αὗται τοίνυν Δόξαι, καὶ Ἐπιθυμίαι, καὶ Ἡδοναὶ καλοῦνται. ὅταν οὖν εἰσπορεύηται ὁ ὄχλος, ἀναπηδῶσιν αὗται, καὶ συμπλέκονται ἑκάστοις, εἶτα ἀπάγουσι. ποῖ δὴ ἀπάγουσιν αὐτούς; οἱ μὲν εἰς τὸ σώζεσθαι, ἔφη, οἱ δὲ εἰς τὸ ἀπόλλυσθαι πλείω. ὦ δαιμόνιε, ὡς χαλεπὸν τὸ πόμα λέγεις; καὶ παῦσαί με, ἔφη, ἐπαγγέλλου δὴ ὡς ἐπὶ τὰ βέλτιστα ἄξουσαι, καὶ εἰς βίον εὐδαίμονα καὶ λυσιτελῆ. οἱ δὲ διὰ τὴν ἄγνοιαν, καὶ τὸ πλανᾶν, οὗ πεπώκασι παρὰ τῆς Ἀπάτης, οὐκ εὐλογοῦσι ποῖα ἐστὶν ἡ ἀληθινὴ ὁδὸς, ἢ ἐν τῷ βίῳ, ἀλλὰ πλανᾶσθαι εἰκῇ, ὥσπερ ὁρᾷς. καὶ τὰς πρότερον εἰσπορευομένας, ὡς [περιάγονται] ἀπολλυμένας, ὅπῃ αὐτὰς ἀθυμοῦσιν. ὁρῶ ταῦτα, ἔφην. ἡ γυνὴ οὑτοσὶ τίς ἐστιν, ἢ ὥσπερ τυφλὴ καὶ μανομένῃ τις εἶναι δοκοῦσα, καὶ ἐσηκῶσθαι ἐπὶ λίθου τινὸς στρογγύλου; καλεῖται μὲν, ἔφη, Τύχη. ἔστι δὲ οὐ μόνον τυφλὴ, ἀλλὰ καὶ μανομένῃ καὶ κωφή. αὕτη δὲ τί ἔργον ἔχει, πάχος ροτundo insistit? Vocatur, inquit, illa quidem FORTVNA: neque cæca solum est, sed & insana & surda. Ea ergo

tatem suam propinat. Quæ vero est illa potio? Error, inquit, & Ignorantia. Quid tum? Hac pota, veniunt in vitam. Num ergo omnes errorem bibunt? Omnes bibunt, inquit: sed alij plus, alij minus. Nonne præterea intra portam vides turbam quandam mulierum, meretricum, variis præditarum formis? Video. Hæ ergo OPINIONES, CVPIDITATES, & VOLVPTATES appellantur: turbaque ingrediente exilientes, amplectuntur singulos, atque abducunt. Quo vero abducunt eos? Aliæ ad salutem, inquit, aliæ ad interitum ob impostu-
ram. O vir optime, quam grauem potionem dicis. Et quidem omnes pollicentur se illos ad optima quæque perducturas, & ad vitam beatam, in qua acquiescant. Illi vero propter ignorantiam & errorem, quem apud IMPOSTVRAM hauserunt, veram degendæ vitæ viam non inueniunt: sed temere oberrant, vt vides. Vides item prius ingressos circumire, quo illæ monstrarint? Video hæc, inquam. Sed quæ est illa mulier, quæ cæcæ & furenti similis, sa-

Cap. 4.

quo

quo munere fungitur? Passim, inquit, vagatur: & aliis quod habent rapit, aliisque largitur: iisdemque rursus statim eripit quæ dedit, eaque donat aliis, temere & inconstanter. Recte igitur signum eius naturam declarat. Quodnam illud? inquam. Quod rotundo saxo insistit. Id vero quid sibi vult? Non tuta & firma eius esse munera significat. Magnæ enim & graues iacturæ fiunt, cum quis ei fidem habet. Quid? magna illa turba quę eam circumstat, quid petit, & qui vocantur? Dicuntur hi Incōsiderati. Singuli vero ea petunt, quæ illa abiicit. Qui ergo fit, vt nō eodem sint vultu: sed alij lętari, alij mœrere passis manibus videantur? Qui lætari & ridere videntur, ij sunt (inquit) qui aliquid a FORTVNA acceperunt, iidemque FORTVNAM PROSPERAM eam vocant. Qui vero plorantium specie manus extendunt, ij sunt, quibus ea eripuit quæ ante dederat. Hi contra MALAM FORTVNAM eandem appellant. Quæ sunt ergo illa quæ largitur, quum & ij qui ea accipiunt, ita lætentur: & qui amittunt, plorent? Hæc quæ vulgo bona censentur. Ea quæ sunt?

ριπορεύεται πανταχοῦ, ἔφη, καὶ παρ' ὧν μὲν ἁρπάζει τὰ ὑπάρχοντα, καὶ ἑτέροις δίδωσι· παρὰ δὲ τῶν αὐτῶν πάλιν ἀφαιρεῖται παραχρῆμα, ἃ δέδωκε, καὶ ἄλλοις δίδωσιν εἰκῇ καὶ ἀβεβαίως. διὸ καὶ τὸ σημεῖον καλῶς μηνύει τὴν φύσιν αὐτῆς. ποῖον τοῦτο; ἔφην ἐγὼ. ὅτι ἐπὶ στρογγύλου λίθου ἕστηκεν. εἶτα τί τοῦτο σημαίνει; ὅτι οὐκ ἀσφαλὴς, οὐδὲ βεβαία ἐστὶν ἡ παρ' αὐτῆς δόσις. ἐκπτώσεις γὰρ μεγάλαι καὶ σκληραὶ γίγνονται, ὅταν τὶς αὐτῇ πιστεύσῃ. ὁ δὲ ὄχλος, ὁ πολὺς οὗτος, ὁ περὶ αὐτὴν ἑστηκὼς, τί βούλεται, καὶ τίνες καλοῦνται; καλοῦνται καὶ οὗτοι ἀπροβούλευτοι. αἰτοῦσι δὲ ἕκαστος αὐτῆς, ἃ ῥίπτει. πῶς οὖν οὐχ ὁμοίαν ἔχουσι τὴν μορφὴν, ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῆς δοκοῦσι χαίρειν, οἱ δὲ ἀθυμοῦσιν ἐκτετακότες τὰς χεῖρας; οἱ μὲν δοκοῦντες, ἔφη, χαίρειν καὶ γελᾶν αὐτῆς. οἱ εἰληφότες τί παρὰ τῆς Τύχης εἰσίν· οὗτοι δὲ καὶ ἀγαθὴν Τύχην αὐτὴν καλοῦσιν. οἱ δὲ δοκοῦντες κλαίειν, καὶ τὰς χεῖρας ἐκτετακότες, εἰσὶ παρ' ὧν ἀφείλετο, ἃ δέδωκε πρότερον αὐτοῖς. οὗτοι πάλιν κακὴν Τύχην αὐτὴν καλοῦσι. τίνα οὖν ἐστιν ἃ δίδωσιν αὐτοῖς, ὅτι οὕτως οἱ μὲν λαμβάνοντες χαίρουσιν, οἱ δὲ ἀποβάλλοντες κλαίουσι; ταῦτα, ἔφη, ἃ παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις δοκεῖ εἶναι ἀγαθά. ταῦτα οὖν τίνα ἐστί; πλοῦτος δηλαδὴ, καὶ δόξα, καὶ εὐγένεια, καὶ τέκνα,

καὶ τυραννίδες, καὶ βασιλεῖαι, καὶ τἄλλα ὅσα τοιαῦτα παραπολήσια. ταῦτα μὲν οὖν πῶς οὐκ ἐστὶν ἀγαθά, φαῖεν ἂν τῶν, ἔφη, καὶ αὖθις διαλεξόμεθα. νυνὶ δὲ ἐπὶ τὴν μυθολογίαν γενώμεθα. ἔστω ἔστω. ὁρᾷς οὖν, ὡς αὖ παρέλθοις τὴν πύλην ταύτην, αὐώτερον ἄλλον ἐπείσοδον, καὶ γυναῖκας ἔξω ἐπεισόδου ἑστηκυίας, κεκοσμημένας ὥσπερ ἑταίρας εἰώθασι, καὶμάλα. αὗται τοίνυν, ἡ μὲν Ἀκρασία καλεῖται, ἡ δὲ Ἀσωτία, ἡ δὲ Ἀπληστία, ἡ δὲ Κολακεία. τί οὖν δὴ ἐνταῦθα ἑστήκασιν αὗται; παρατηροῦσιν, ἔφη, τοὺς εἰληφότας τι παρὰ τῆς Τύχης. εἶτα τί; αὐταπόδοσι, καὶ συμπεπλεγμένοι αὐτοῖς, καὶ περιπλακόμενοι, καὶ ἀσπαζόμεναι παρ' [αὐτῆς] αὐτοὺς μένειν, λέγουσιν ὅτι βούλονται ἥδιον, καὶ ἄπονον, καὶ καθαπαίδειαν ἔχοντα διάγειν. ἐὰν οὖν τις πειθῇ τὸν αὐτῶν εἰς τὴν ἡδυπάθειαν, μέχρι μέν τινος ἡδέως δοκεῖ εἶναι ἡ διαγωγή, ἕως αὖ χαρακτηρίζῃ τὸν ἄνθρωπον, εἶτ' οὐκ ἔστιν. ὅταν γὰρ ἀνανήψῃ, αἰσθάνεται ὅτι οὐκ ἤδιεν, ἀλλ' ὑπ' αὐτῆς κατηθίετο, καὶ ὑβρίζετο. διὸ καὶ ὅταν ἀναλώσῃ πάντα, ὅσα ἔλαβε παρὰ τῆς Τύχης, ἀναγκάζεται ταύταις ταῖς γυναιξὶ δουλεύειν, καὶ πάντ' ὑπομένειν, καὶ ἀχθεσθεῖν, καὶ #

Cap. 5.

Fol. 50

Diuitiæ ſcilicet, gloria, nobilitas, liberi, imperia, regna, & id genus alia pleraque. Eho: numnam iſta bona nō ſunt? De his quidem alias diſputabimus: nunc autem explicationi fabulæ intenti ſimus. Fiat ita. Vides ergo vbi portam iſtam præteris, aliud ſeptum altius, & mulieres extra ſeptum ſtantes, meretricum inſtar ornatas? Omnino. Harum alia Incontinentia vocatur, alia Luxuria, alia Auaritia, alia Aſſentatio. Quid ergo hic aſtant iſtæ? Obſeruant eos qui aliquid a Fortuna acceperunt. Quid tum? Exſultāt, & eos amplectuntur, & adulantur: vtque apud ſe manere velint, poſtulant: ac vitam eis pollicentur ſuauem, otioſam, & omnis expertem moleſtiæ. Quod ſi quis eis obſecutus, delitias amplexus fuerit: ei iucunda videtur ad tempus illa vitæ ratio, dum hominem quaſi titillarit, cum reuera talis non ſit. Vbi enim reſipuerit, ſe non comediſſe, ſed ab iis & comeſum & contumelioſe tractatum eſſe ſentit. Itaque iam conſumtis iis quæ a Fortuna acceperat omnibus, mulieribus iſtis ſeruire cogitur, & omnia perpeti, indecoreque ſe gerere, & propter eas quæuis pernitioſa in ſe admittere: cuiuſmodi ſunt, fraudare, fana ſpoliare, prodere, peierare, latrocinari, cæte-

ποιεῖν ἔνεκεν τούτων ὅσα ἐπὶ βλαβερά. οἷον ἀποστερεῖν, ἱεροσυλεῖν, ἐπιορκεῖν, προδιδόναι, λῃστεύειν, καὶ πάντ'

raque his consimilia. Sed cũ eos hæc omnia defecerint: traduntur Pœnæ Qualis ea est? Vides a tergo eorum aliquid fenestellæ simile, & locum quendam angustum & tenebrosum? Atque etiam mulieres quædam fœdæ & sordidæ, & pannis obsitæ, ibi esse videntur Omnino. Ea igitur quæ flagellum tenet, POENA dicitur. Quæ caput ad genua demittit, MOESTITIA. Quæ capillos euellit, ÆRVMNA. Alius vero quidam illis qui astat, deformis, extenuatus & nudus; ac post eum mulier quędam ei similis, deformis & tenuis, quinam sunt? ille quidem, inquit, LVCTVS vocatur: eius vero soror, DESPERATIO. His igitur traditur, & cum his in cruciatibus vitam agit. Deinde rursus in aliam domum coniicitur INFELICITATIS: vbi quod reliquum est æui, in omni miseria exigit, nisi ei POENITENTIA forte fortuna occurrerit. Quid tum fit? POENITENTIA obuiam ei facta ex istis malis eum eripit: eique OPINIONEM aliam, & CVPIDITATEM, ad VERAM ERVDITIONEM perducturam inserit: vnaq; eã, qua ad FALSI NOMINIS ERVDITIONEM perueniat.

ὅσα τούτοις παραπλήσια. ὅταν οὖν πάντα [αὐτοὺς ἐπιλίποι] αὐτοῖς ἀπολείπῃ, παραδίδονται τῇ Τιμωρίᾳ. ποία δέ ἐστιν αὕτη; ὁρᾷς ὀπίσω τι αὐτῶν, ἔφη, ὥσπερ θύριον μικρὸν, καὶ τόπον στενόν τινα καὶ σκοτεινὸν; οὐκοῦν καὶ γυναῖκες αἰσχραὶ καὶ ῥυπαραὶ, καὶ ῥάκη ἠμφιεσμέναι δοκοῦσι συνεῖναι; καὶ μάλα. αὗται τοίνυν, ἔφη, ἡ μὲν τὴν μάστιγα ἔχουσα, καλεῖται Τιμωρία. ἡ δὲ τὴν κεφαλὴν ἐν τοῖς γόνασιν ἔχουσα, Λύπη. ἡ δὲ τὰς τρίχας τίλλουσα ἑαυτῆς, Ὀδύνη. ὁ δ' ἄλλος οὗτος ὁ παρεστηκὼς αὐταῖς, δυσειδής τις καὶ λεπτὸς, καὶ γυμνὸς, καὶ μετὰ ταῦτά τις ὁμοία αὐτῷ αἰσχρὰ καὶ λεπτὴ, τίς ἐστιν; ὁ μὲν Ὀδυρμὸς καλεῖται, ἔφη, ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ Ἀθυμία. τούτοις οὖν παραδίδοται, καὶ μετὰ τούτων συμβιοῖ τιμωρούμενος. εἶτα πάλιν ἐνταῦθα εἰς ἕτερον οἶκον ῥίπτεται εἰς τὴν Κακοδαιμονίαν, καὶ ὧδε τὸν λοιπὸν βίον καταστρέφει ἐν πάσῃ κακοδαιμονίᾳ, ἂν μὴ Μετάνοια αὐτῷ ἀπὸ τῆς Τύχης συναντήσῃ. εἶτα τί γίγνεται; ἐὰν ἡ Μετάνοια αὐτῷ συναντήσῃ, ἐξαίρει αὐτὸν ἐκ τῶν κακῶν, καὶ συνίστησιν αὐτῷ ἑτέραν δόξαν, καὶ Ἐπιθυμίαν, τὴν εἰς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν ἄγουσαν· ἅμα δὲ καὶ τὴν εἰς τὴν Ψευδοπαιδείαν καλουμένην. εἶτα τί γίγνεται; ἐὰν μὲν φησι τὴν δόξαν ταύτην προσδέξηται, τὴν ἄγουσαν αὐτὸν εἰς τὴν ἀ-

Cap. 6.

ληθινὴν Παιδείαν, [καθαρθεὶς] καθαρεῖς ὑπ' αὐτῆς σώζεται καὶ μαθήσεως καὶ δυδαιμονίας γίνεται ἐν παντὶ τῷ βίῳ. εἰ δὲ μὴ, πάλιν πλανᾶται ὑπὸ τῆς [ψυδοπαιδείας] ψυδοδοξίας. ὦ ἡράκλεις, ὡς μέγας ὁ κίνδυνος ἄλλος ἔστος. ἡ δὲ ψυδοπαιδεία ποία ἐστὶν, ἔφην ἐγώ. οὐχ ὁρᾷς τὸν ἕτερον τοῦτον περίβολον ἐκεῖ. νον; καὶ μάλα, ἔφην ἐγώ. σὸκοῦν ἔξω τοῦ περιβόλου περὶ τὴν εἴσοδον γυνή τις ἕστηκεν, ἢ δοκεῖ πάνυ καθαρὰ καὶ ὑπαιθρος εἶναι; καὶ μάλα. ταύτην οἶμαι οἱ πολλοὶ καὶ εἰκαῖοι τῶν ἀνθρώπων Παιδείαν καλοῦσιν. σὸκ ἔστι δὲ, ἀλλὰ ψυδοπαιδεία, ἔφη. οἱ μὲν οἱ σωζόμενοι ὁπόταν βέλωνται εἰς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν ἐλθεῖν, ὧδε χρῶνται. πότερον οὖν ἄλλη ὁδὸς σὸκ ἔστιν ἐπὶ τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν ἄγουσα; ἔστιν, ἔφη. ἕτοι δὲ οἱ ἄνθρωποι οἱ ἔσω τοῦ περιβόλου ἀναπαύμενοι, τίνες εἰσίν; οἱ τῆς ψυδοπαιδείας, ἔφη, ἐρασταὶ, ἠπατημένοι, οἰόμενοι μετὰ τῆς ἀληθινῆς Παιδείας συνομιλεῖν. τίνες οὖν καλοῦνται ἕτοι; οἱ μὲν Ποιηταὶ, ἔφη, οἱ δὲ Ῥήτορες, οἱ δὲ Διαλεκτικοὶ, οἱ δὲ Μουσικοὶ οἱ δὲ Ἀριθμητικοὶ, οἱ δὲ Γεωμέτραι, οἱ δὲ Ἀστρολόγοι, οἱ δὲ Ηδονικοὶ, οἱ δὲ Περιπατητικοὶ, οἱ δὲ

Cap. XI.

Quid tum fit? Siquidem, inquit, eam opinionem comprehenderit, quæ ipsum ad VERAM ERVDITIONEM perducat, ab ea purgatus seruatur, & omnis calamitatis expers ac beatus, omne tempus ætatis degit. Sin minus, denuo a Falsi nominis eruditione seducitur. Proh Iupiter, vt ingens est & alterum hoc discrimen. ro Qualis vero, inquam, est Falsi nominis eruditio? Nonne vides, inquit, alterum illud septum? Vtique inquam. Extra id septum, iuxta vestibulum stat mulier quædam, quæ valde munda & composita esse videtur. Eam vulgus & vani homines Eruditionem vocant: cum ea non sit, sed Falsi nominis eruditio. Ad hanc igitur ij qui seruandi sunt, & ad Veram eruditionem peruenturi, primũ diuertunt. Nunquid ergo alia via nulla est, quæ ad Veram eruditionem ducat? Est, inquit. Isti vero homines qui intra septum obambulant, qui sunt? Falsi nominis eruditionis amatores, inquit, decepti, atque opinantes se Veræ eruditionis frui consuetudine. Quibus ergo nominibus appellantur isti? Alij Poetæ, inquit, alij Oratores, alij Dialectici, alij Musici, alij Arithmetici, alij Geometræ, alij Astrologi, alij Voluptarij, alij Peripatetici, alij

Critici,

Critici, cæterique horum non dissimiles. Mulieres vero illæ, quæ circumcursare videntur, primis similes, inter quas esse dicebas Incontinentiam & reliquas illius socias, quænam sunt? Illæ ipsæ, inquit, sunt. Nunquid ergo & huc ingrediuntur? Et huc medius fidius, sed raro: necita frequenter, vt in primum septum. Nũquid ergo & Opiniones? Næ, inquit. nam & in his etiamnum potio ab Impostura propinata, & Ignorantia manet: atque etiam mehercule vna cum ea, Amentia. Neque vero ab eis vel Opiniones vel cætera vitia recedent, donec repudiata 11 Falsi nominis eruditione, veram ingressi viam, Purgatricem illarum rerum vim biberint, & mala omnia quibus vrgentur, vt Opiniones & Ignorantiam, & reliquam omnem Vitiositatem eiecerint: tum demum enim seruabuntur. Dum vero hic manserint apud Falsi nominis eruditionem, nunquam liberabuntur: nec vllum malum, istarum quidem disciplinarum subsidio, profligabunt. 12 Quæ ergo via est, quæ ad Veram eruditionem ferat? Videsne, inquit, editum illum locum, qui a nemine incoli ac desertus esse videtur? Video. Ergo

Κελτικοὶ, καὶ ὅσοι ἄλλοι τούτοις εἰσὶ παραπλήσιοι· αἱ δὲ γυναῖκες ἐκεῖναι αἱ δοκοῦσαι περιτρέχειν ὁμοῦ τοῖς πόροις, ἐν αἷς ἔφης εἶναι τὴν Ἀκρασίαν, καὶ αἱ ἄλλαι αἱ μετ' αὐτῶν, ἔνιαι εἰσὶν, αὗται ἐκεῖναί εἰσιν. ἔφη. πότερον οὖν καὶ ὧδε εἰσπορεύονται, νὴ Δία καὶ ὧδε σπανίως δὲ, καὶ ἐκὶ ὥσπερ ἐν τῷ πρόσθεν περιβόλῳ. πότερον οὖν καὶ αἱ Δόξαι; ναὶ ἔφη. ἔτι μὴν καὶ ἐν τούτοις τὸ πόμα, ὃ ἐπίομεν παρὰ τῆς Ἀπάτης, καὶ ἡ Ἀγνοια μένει νὴ Δία, καὶ μετ' αὐτῆς γε ἡ Ἀφροσύνη· καὶ εἰ μὴ ἀπέλθῃ ἀπ' αὐτῶν ἥθ' ἡ Δόξα, ἥθ' ἡ λοιπὴ Κακία, μάτην οὖν ἀπιγνόντες τῆς Ψευδιπαιδείας, εἰσέλθωσιν εἰς τὴν ἀληθινὴν ὁδὸν, καὶ πίωσι τὴν τούτου καθαρτικὴν δύναμιν· καὶ ἐκβάλωσι τὰ κακὰ πάνθ' ὅσα ἔχουσι, καὶ τὰς Δόξας, καὶ τὴν Ἀγνοίαν, καὶ τὴν λοιπὴν πᾶσαν Κακίαν. τότε αὖ ἤδη σωθήσονται. ὧδε δὲ μιγνύντες παρὰ τῇ Ψευδοπαιδείᾳ, οὐδέποτε ἀπολυθήσονται, οὐδὲ ἐλλείψει αὐτοὺς κακὸν οὐδὲν ἕνεκα τούτων τῶν μαθημάτων. ποίαν ἂν οὖν αὕτη ὁδὸς εἴη, ἣ φέρουσα ἐπὶ τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν; ὁρᾷς, ἔφη, ἐκεῖνον τὸν τόπον ἔνα ἐκεῖνον, ὅπου οὐδεὶς ἐπιχωριοικεῖ, ἀλλ' ἔρημος δοκεῖ εἶναι; ὁρῶ. ἐκεῖσε

D 2

θύραν τινα μικραὶ, καὶ ὁδόν τινα [πρὸ, vel πρὸς τὴν θύραν.] πρὸς τῆς θύρας, ἥτις οὐ πολὺ ὀχλεῖται, ἀλλὰ πάνυ ὀλίγοι πορεύονται, ὥσπερ δυσανόδου τινὸς καὶ τραχείας καὶ πετρώδους εἶναι δοκούσης; καὶ μάλα, ἔφην. οὐκοῦν καὶ βουνός τις ὑφηλὸς δοκεῖ εἶναι, καὶ ἀνάβασις στενὴ πάνυ, καὶ κρημνοὺς ἔχουσα ἔνθεν κἀκεῖθεν βαθεῖς; ὁρῶ. αὕτη τοίνυν ἐστὶν ἡ ὁδὸς, ἔφη, ἡ ἄγουσα πρὸς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν, καὶ μάλα γε χαλεπὴ προσιδεῖν. οὐκοῦν καὶ ἄνω γε περὶ τὸν βουνὸν ὁρᾷς πέτραν μεγάλην, καὶ ὑψηλὴν, κύκλῳ ἀπόκρημνον; ὁρῶ, ἔφην. ὁρᾷς οὖν καὶ γυναῖκας δύο ἑστηκυίας ἐπὶ τῆς πέτρας, λιπαρὰς, καὶ εὐεκτούσας τῷ σώματι, καὶ ὡς ἐκτετάκασι τὰς χεῖρας προθύμως; ὁρῷ. ἀλλὰ τίνες καλοῦνται ἔφην, αὗται; ἡ μὲν Εγκράτεια καλεῖται, ἔφη· ἡ δὲ, Καρτερία. εἰσὶ δὲ ἀδελφαὶ. τί οὖν τὰς χεῖρας ἐκτετάκασιν οὕτω προθύμως; παρακαλοῦσιν, ἔφη, τοὺς παραγινομένους ἐπὶ τὸν τόπον, θαῤῥεῖν, καὶ μὴ ἀποδειλιᾷν, λέγουσαι, ὅτι βραχὺ ἔτι δεῖ καρτερῆσαι αὐτοὺς, εἶτα ἥξουσιν εἰς ὁδὸν καλὴν. ὅταν οὖν παραγένονται ἐπὶ τὴν πέτραν πῶς ἀναβαίνουσιν; ὁρῶ γὰρ ὁδὸν φέρουσαν οὐδεμίαν ἐπ' αὐτὴν. αὗται ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ πρὸς καταβαίνουσι, καὶ ἕλκουσιν αὐ-

& ianuam paruam, & viam quandam ante ianuam, parum frequentem, & a perpaucis tritam, vt quę & pręceps & aspera & prærupta esse videatur? Omnino, inquam. Ibi & tumulus excelsus cernitur, & angustus aditus, vtrinq; in profundum præceps? Video. Hæc igitur, inquit, via est, quæ ad Veram eruditionem ducit. Et quidem aspectu, inquam, valde ardua. Ergo & superne iuxta tumulũ magnam rupem vides, & altam, vndique præruptam? Video, inquam. Vides ergo & duas mulieres succiplenas, & robusto corpore in rupe stantes, quæ manus alacriter extendunt? Video, inquam. sed quæ eis nomina sunt? Vna, inquit, Continentia vocatur: altera Tolerantia. Sunt autẽ sorores. Cur vero manus adeo alacriter extendunt? Hortantur, inquit, viatores ad eum locum progressos, vt bonis sint animis, nec per ignauiam desperent. Fore enim, vt post parui temporis difficultates, in amœnam viam perueniant. Vbi autem ad rupem accesserint: quo pacto ascendunt? nullam enim, quæ eo ferat, viam prospicio. Ipsę a præcipitio ad eos non nihil descendunt, eosque sursum ad sese attrahunt. Postea iubent

iubent eos requiescere: & paulo post eis dant Robur & Fiduciam, ac pollicentur se eos ad Veram eruditionē perductūras: ac demonstrāt, quam ea via sit amœna & plana & expedita, & omnis expers mali, vt vides. Ita certe quidem apparet. Videsne porro, inquit, ante lucum illum, locum quendam, qui & amœnus videtur, & prati instar, multaque luce illustris? Vtiq;. Videsne in prati medio etiam aliud septum, & aliam portam? Est ita. Sed quomodo vocatur locus ille? Beatorum domicilium, inquit. Hic enim degunt Virtutes omnes, & Beatitudo. Amœnus dubio procul is locus est. Vides ergo, inquit, iuxta portam stare matronam formosam, constanti vultu, ætate media, & iam ad senectutem declinante, veste simplici, & ascititij cultus experte. Insistit autem saxo non globoso, sed quadrato atque immobili. Ei adsunt aliæ quædā duæ, filiæ eius, vt videtur. Ita quidem videtur. Harum igitur media, Eruditio est, inquit: altera, Veritas: altera, Suadela. Cur autem quadrato saxo insistit? Indicio, inquit, est, & viatoribus viam ad eam esse

τὰς αὖ ἄλλας πρὸς ἰατρούς. εἶπα κελεύουσιν αὐτὰς ἀφυπνῶσαι, καὶ μετὰ μικρὸν διδόασιν ἰσχὺν καὶ θάρσος, καὶ ἐπαγγέλλονται αὐτὰς καταστήσειν πρὸς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν, καὶ δεικνύουσιν αὐτοῖς τὴν ὁδὸν, ὡς ἔστι καλή τε, καὶ ἐμαλὴ, καὶ οὐπόρευτος, καὶ καθαρὰ παντὸς κακοῦ, ὥσπερ ὁρᾷς. ἐμφαίνει νὴ Δία. ὁρᾷς οὖν, ἔφη, καὶ ἐμπεσόντε ἄλσος εἰσείνω τοπον λιγὰ, ὡς δοκεῖ καλός τε εἶναι, καὶ λειμωνοειδὴς, καὶ φωτὶ πολλῷ καταλαμπόμενος; καὶ μάλα. καταυοεῖς οὖν καὶ τὸ μέσῳ τοῦ λειμῶνος πρόβολον ἕτερον, καὶ πύλιν ἑτέραν; ἔστιν ὅπως. ἀλλὰ τίς καλεῖται ὁ τόπος οὗτος; Εὐδαιμόνων οἰκητήριον, ἔφη. ὧδε γὰρ ἀφικνοῦνται αἱ Ἀρεταὶ πᾶσαι, καὶ ἡ Εὐδαιμονία. εἶεν, ἔφην ἐγὼ, ὡς καλὸν τὸν τόπον εἶναι. ἐκεῖσε παρὰ τὴν πύλιν ὁρᾷς, ἔφη ὅτι γραμμὴ τις ἐστι καλὴ, καὶ καθιερωμένα τὰ πρόσωπα, μέση ἥ καὶ κεκερμένη ἤδη τῇ ἡλικίᾳ, πολλὼ δ' ἔχουσα ἀπωλίᾳ καὶ [ἀκαλλώπιστον.] καλλωπισμόν; ἔοικε δὲ σοι ἐπὶ προγύλου λίθου, ἀλλ' ἐπὶ τετραγώνου, ἀσφαλῶς κειμένου. καὶ μετὰ ταύτης ἄλλαι δύο εἰσὶ, θυγατέρες πνὲς δοκοῦσιν εἶναι. ἐμφαίνει ὅπως ἔχει. τούτων τοίνυν ἡ μὲν ἐν τῷ μέσῳ, Παιδείας ἐστὶν. ἡ δὲ, Ἀληθείας. ἡ δὲ, Πειθοῦς. τί ἦ ἵσηκεν ἐπὶ λίθου τετραγώνου αὕτη; σημεῖον, ἔφη, ὅτι ἀσφαλής τε καὶ βεβαία ἡ πρὸς αὐτὸν

Cap. IX.

Boeth. l. 1. p. 1.

ὁδός ἐστι τοῖς ἀφικνουμένοις. καὶ τῶν διδομένων ἀσφαλὴς ἡ δόσις τοῖς λαμβάνουσι. καὶ τίνα ἐστιν, ἃ δίδωσιν αὕτη; Θάρσος, καὶ Ἀφοβία, ἔφη ἐκεῖνος. ταῦτα δὲ τίνα ἐστιν; ἐπιστήμη, ἔφη, τοῦ μηδὲν ἄν ποτε δεινὸν παθεῖν ἐν τῷ βίῳ. ἡράκλεις ὡς καλὰ, ἔφην, τὰ δῶρα. ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν ἔξω τοῦ περιβόλου ἕστηκεν οὕτως; ὅπως τοὺς παραγενομένους, ἔφη, θεραπεύῃ, καὶ ποτίζῃ τὴν Καθαρτικὴν δύναμιν, εἶθ' ὅταν καθαρθῶσιν, οὕτως αὐτοὺς εἰσάγῃ πρὸς τὰς Ἀρετάς. πῶς τοῦτο, ἔφην ἐγὼ; οὐ γὰρ συνίημι. ἀλλὰ συνήσεις, ἔφη. ὡς ἂν εἴ τις φιλοτίμως κάμνων ἐτύγχανε, πρὸς τὸν ἰατρὸν ἂν δὴ που γινόμενος, πρότερον καθαρτικοῖς ἐξέβαλε πάντα τὰ νοσοποιοῦντα. εἶτα οὕτως ἂν αὐτὸν ὁ ἰατρὸς εἰς ἀνάληψιν καὶ ὑγίειαν [κατέστησεν] καθέστηκεν, εἰ [δὲ] μὴ ἐπείθετο οἷς ἐπέταττεν, εὐλόγως ἂν δήπου ἀπωσθεὶς ἐξώλετο ὑπὸ τῆς νόσου. ταῦτα συνίημι, ἔφην ἐγὼ. τὸν αὐτὸν τοίνυν τρόπον, ἔφη, καὶ πρὸς τὴν Παιδείαν ὅταν τις παραγίγνηται, θεραπεύει αὐτὸν, καὶ ποτίζει τῇ ἑαυτῆς δυνάμει, ὅπως ἐκκαθάρῃ πρῶτον, καὶ ἐκβάλῃ τὰ κακὰ πάντα, ὅσα ἔχων ἦλθε. ποῖα ταῦτα; τὴν Ἀγνοιαν, καὶ τὸν πλάνον, ὃν ἐπιπώκει παρὰ τῆς Ἀπάτης, καὶ τὴν Ἀλαζονείαν, καὶ τὴν Ἐπιθυμίαν, καὶ τὴν Ἀκρασίαν, καὶ

tutam ac firmam: & accipiẽtibus, munerum eius fructũ securum. Ecquæ sunt eius munera? Fiducia, Securitas, Vacuitas a perturbationibus, inquit ille. Quamnam ista vim habent? Eam, vt sciant, nihil vnquã in vita sibi mali euenturum. Dij boni, inquam, quã præclara munera. Sed cur sic extra septũ astat? Vt hospites, inquit, sanet, eisq; Vim purgatricem propinet. Vbi vero purgati fuerint: tum demum eos ad Virtutes adducit. Quomodo istud? inquã. neq; enim intelligo. Sed intelliges, inquit. Fit enim hic perinde, vt si quis graui affectus morbo ad medicũ perducatur: is vero purgationibus in primis omnes morbi causas eiicit, ac tum demũ vires cõfirmat, sanitatẽq; restituit. Sin æger medico non paruisset: merito eiectus a morbo interiisset. Hæc inquam, intelligo. Ad eum ergo, inquit, modum ad Eruditionem vbi quis peruenerit, ea curat illum, suamque illi vim propinat, vt ante omnia expurget & eiiciat mala quæ secum attulerat omnia. Quænam ista? Ignorantiam, & Errorem apud Imposturam haustum, & Arrogantiam, & Cupiditatem, & Incontinentiam, & Iracundiam,

Iracundiam, & Auaritiam, cæteraque omnia quæ in primo Septo ingurgitarat. Postquam autem purgatus fuerit, quo eum mittit? Intro, inquit, ad Scientiam, & cæteras Virtutes. Quasnam istas? Non vides, inquit, intra portam cœtum matronarum, quæ & formosæ & modestæ videntur, atque etiam ficti nihil habent, minimequæ comtæ sunt, vt cæteræ? Video. Sed quæ sunt earum nomina? Prima quidem, Scientia dicitur: reliquæ vero eius sorores, Fortitudo, Iustitia, Vitæ integritas, Temperantia, Modestia, Liberalitas, Continentia, Clementia. O pulcerrimas, inquam. Quanta in spe siti sumus? Si quidem intellexeritis, inquit, & vsu vitæ confirmaueritis ea quæ auditis. Enimuero, inquam, summo studio elaborabimus. Itaque salui eritis, inquit. Hæ vero cum eum susceperint, quo deducunt? Ad matrem suam, inquit. Ea vero quæ est? Beatitudo, inquit. Cuiusmodi vero est? Videsne viam illam, quæ ducit ad fastigium illud, quæ arx est septorum omnium? In vestibulo

τὸν Θυμὸν, καὶ τὴν Φιλαργυρίαν, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα ὧν [ἐνεπλήσθη] ἀνεπλήσθη ἐν τῷ πρώτῳ περιβόλῳ. ὅταν οὖν καθαρθῇ, ποῦ αὐτὸν ἀποστέλλει, ἔνδον, ἔφη, πρὸς τὴν Επιστήμην, καὶ πρὸς τὰς ἄλλας Αρετὰς. ποίας ταύτας; οὐχ ὁρᾷς, ἔφη, ἔσω τῆς πύλης χορὸν γυναικῶν, [αἱ] ὡς εὐειδεῖς δοκοῦσιν εἶναι, καὶ εὔτακτοι, καὶ στολὴν ἀτρύφερον καὶ ἁπλὴν ἔχουσιν, ἔτι τε ὡς ἄπλαστοί εἰσι. καὶ οὐδαμῶς κεκαλλωπισμέναι ὥσπερ αἱ ἄλλαι; ὁρῶ, ἔφην. ἀλλὰ τίνες αὗται καλοῦνται; ἡ μὲν πρώτη Επιστήμη, ἔφη, καλεῖται αἱ δὲ ἄλλαι ταύτης ἀδελφαὶ, Ανδρεία, καὶ Δικαιοσύνη, Καλοκαγαθία, Σωφροσύνη, Εὐταξία, Ελευθερία, Εγκράτεια, Πραότης. ὦ κάλλισται, ἔφην ἔγωγε, ὡς ἐν μεγάλῃ ἐλπίδι ἐσμὲν. ἐὰν συνῆτε, ἔφη, καὶ ἕξιν περιποιήσησθ' ὧν ἀκούετε. ἀλλὰ προσέξομεν ὡς μάλιστα, ἔφην ἔγωγε. τοιγαροῦν, ἔφη, σωθήσεσθε. ὅταν οὖν παραλάβωσι αὐτὸν αὗται, ποῦ ἀπάγουσι, πρὸς τὴν μητέρα, ἔφη. αὕτη δὲ τίς ἐστιν; Εὐδαιμονία, ἔφη. ποία δέ ἐστιν αὕτη; ὁρᾷς τὴν ὁδὸν ἐκείνην, τὴν φέρουσαν ἐπὶ τὸ ὑψηλὸν ἐκεῖνο, ὅ ἐστιν ἀκρόπολις τῶν περιβόλων πάντων; ὁρῶ. οὐκοῦν ἐπὶ τοῦ προπυλαίου γυνὴ

X.

XI.

Ier. ep. 31. 73 in fin.

καθεστηκυῖα εὐειδής τις κάθηται ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ, κεκοσμημένη ἐλευθέρως, καὶ ἀπεριέργως, καὶ ἐστεφανωμένη στεφάνῳ εὐανθεῖ πάνυ καλῶς; ἐμφαίνει οὕτως ἔχειν. αὕτη τοίνυν ἐστὶν ἡ Εὐδαιμονία, ἔφη. ὅταν οὖν ᾧδέ τις παραγένηται, τί ποιεῖ; στεφανοῖ αὐτὸν, ἔφη, τῇ ἑαυτῆς δυνάμει ἡ Εὐδαιμονία, καὶ αἱ ἄλλαι πᾶσαι Αρεταὶ, ὥσπερ τοὺς νενικηκότας τοὺς μεγίστους ἀγῶνας. καὶ ποίους ἀγῶνας νενίκηκεν αὐτὸς, ἔφην ἐγὼ; τοὺς μεγίστους, ἔφη· καὶ τὰ μέγιστα θηρία, ἃ πρότερον αὐτὸν κατήσθιε, καὶ ἐκόλαζε, καὶ ἐποίει δοῦλον. ταῦτα πάντα νενίκηκε, καὶ ἀπέρριψεν ἀφ' ἑαυτοῦ, καὶ κεκράτηκεν ἑαυτοῦ, ὥστε ἐκεῖνα νῦν τούτῳ δουλεύουσι, καθάπερ οὗτος ἐκείνοις πρότερον. ποῖα λέγεις ταῦτα τὰ θηρία; πάνυ γὰρ ἐπιθυμῶ ἀκοῦσαι. πρῶτον μὲν, ἔφη, τὴν Αγνοιαν, καὶ τὸν Πλάνον. ἢ οὐ δοκεῖ σοι θηρία ταῦτα εἶναι, καὶ πόνηρά γε, ἔφην ἐγὼ. εἶτα τὴν Λύπην, καὶ τὸν Οδυρμὸν, καὶ τὴν Φιλαργυρίαν, καὶ τὴν Ακρασίαν, καὶ τὴν λοιπὴν ἅπασαν κακίαν. πάντων τούτων κρατεῖ, καὶ οὐ κρατεῖται, ὥσπερ τὸ πρότερον. ὦ καλῶν ἔργων, ἔφην ἐγὼ, καὶ καλλίστης νίκης. ἀλλ' ἐκεῖνο ἔτι μοι εἰπὲ, τίς ἡ δύναμις τοῦ στεφάνου, ᾧ ἔφης στεφανοῦσθαι αὐτὸν; εὐδαιμονικὴ, ὦ νεανίσκε. ὁ γὰρ στεφανωθεὶς ταύτῃ τῇ δυνάμει,

igitur Matrona constanti ætate & formosa, in alto solio sedet, ornata liberaliter, & citra luxum, corona florida peregregie ornata. Ita sane videtur. Ea igitur Beatitudo est, inquit. Cum autem huc aliquis peruenerit, quid illa agit? Coronat eum, inquit, sua vi, cæteræque virtutes omnes, vt eos qui maximis sint certaminibus defuncti. Quibus autem certaminibus is est defunctus? inquã. Tum ille: Maximis, inquit: & maximas beluas, 14 quæ prius ipsum deuorabant, & cruciabant, & seruitute premebant, superauit omnes, & a se profligauit, ipse sui iuris factus: adeo vt illæ iam ei ita seruiant, quemadmodum ipse dudum illis seruiebat. Quasnam dicis beluas? per quam enim audire cupio. Primum, inquit, Ignorantiam & Errorem. An vero eas esse beluas non cẽses? Et quidem maleficas, inquam. Deinde Dolorem, Luctum, Auaritiam, Intemperantiam, & omnia genera vitiorum. His omnibus imperat, non paret, vt prius. O præclara, inquam, facinora, victoriamque pulcerrimam. Verum illud etiam mihi dicito: quæ vis est illius coronæ, qua eum ornari dicebas? Beatifica, ô adolescẽs.

Nam

Nam qui ea vi coronatur, fit beatus, & malorum expers: nec in aliis ſpem felicitatis habet repoſitam, ſed in ſemetipſo. O præclaram victoriam. Vbi autem coronatus eſt, quid facit, quoue abiit? 15 Virtutes eũ deducunt eo, vnde ante venerat: & oſtendunt ei illos qui ibi agunt, vt male & miſere viuant, & vt vitæ naufragium faciant, & errent: & quaſi victi ab hoſtibus ducantur, alii ab Incontinentia, alii ab Arrogantia, alii ab Auaricia, alii Vanæ gloriæ ſtudio, alii ab aliis malis. Quibus e difficultatibus, quibus conſtricti tenentur, ipſi eluctari non poſſunt, vt ſeruentur, & huc perueniant: ſed per omnem ætatem turbantur. Quod eo illis accidit, quod viam hanc inuenire nõ poſſunt: quippe obliti mandatum quod Genius dederat. Recte mihi dicere videris. Sed rurſus illud dubito, cur Virtutes eum locum illi monſtrent, vnde prius huc venerat? Non ſatis norat, neque intelligebat, inquit, quicquam eorum quæ ibi geruntur: ſed dubitabat, & ob ignorantiam & Errorẽ, quem imbiberat, ea quæ bona non ſunt, bona eſſe putabat: & mala, quæ mala non ſunt. Quare male viuebat, vt

εὐδαίμων γίνεται, καὶ μακάριος, καὶ οὐκ ἔχει ἐν ἑτέροις τὰς ἐλπίδας τῆς εὐδαιμονίας. ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ. ὡς καλὸν τὸ νίκημα λέγεις. ὅταν δὲ στεφανωθῇ, XII.
τί ποιεῖ, ἢ ποῖ βαδίζει; ἄγουσιν αὐτὸν ὑπολαβοῦσαι αἱ ἀρεταὶ πρὸς τὸν τόπον ἐκεῖνον ὅθεν ἦλθε πρότερον, καὶ δεικνύουσιν αὐτῷ τοὺς ἐκεῖ διατριβόντας, ὡς κακῶς καὶ ἀθλίως ζῶσι, καὶ ὡς ναυαγοῦσιν ἐν τῷ βίῳ, καὶ πλανῶνται καὶ ἄγονται κατακεκρατημένοι, ὥσπερ ὑπὸ πολεμίων· οἱ μὲν ὑπ' Ἀκρασίας, οἱ δὲ ὑπ' Ἀλαζονείας, οἱ δὲ ὑπὸ Φυλαργυρίας, ἕτεροι δὲ ὑπὸ Κενοδοξίας, οἱ δὲ ὑφ' ἑτέρων κακῶν, ἐξ ὧν οὐ δύνανται ἐκλῦσαι ἑαυτοὺς τῶν δεινῶν, οἷς δέδενται, ὥστε σωθῆναι, καὶ ἀφικέσθαι ὧδε· ἀλλὰ ταράττονται διὰ παντὸς τοῦ βίου. τοῦτο δὲ πάσχουσι, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὴν ἐνθάδε ὁδὸν εὑρεῖν· ἐπελάθοντο γὰρ τὸ παρὰ τοῦ δαιμονίου πρόσταγμα. ὀρθῶς μοι δοκεῖς λέγειν. ἀλλὰ καὶ τοῦτο πάλιν ἀπορῶ, διὰ τί δεικνύουσιν αὐτῷ τὸν τόπον ἐκεῖνον αἱ Ἀρεταὶ, ὅθεν ἥκει τὸ πρότερον; οὐκ ἀκριβῶς ᾔδει, οὐδὲ ἠπίστατο, ἔφη, οὐδὲν τῶν ἐκεῖ, ἀλλ' ἐνεδοίαζε, καὶ διὰ τὴν Ἀγνοιαν καὶ τὸν Πλάνον, ὃν δὴ ἐπεπώκει, τὰ μὴ ὄντα ἀγαθὰ ἐνόμιζεν ἀγαθὰ εἶναι, καὶ τὰ μὴ ὄντα κακὰ κακά. διὸ καὶ ἔζη κακῶς, ὥσπερ οἱ ἄλλοι οἱ ἐκεῖ διατριβόν-

πες. νυῶ δὲ ἀπειλημφὼς τλὼ ἐ-
πιτήμλω τῶν συμφερόντων, αὐ-
τός τε καλῶς ζῇ, κὴ τέτυς θεω-
ρεῖ ὡς κακῶς πςάττυσιν. ἐπει-
δὲὴν αὖ θεωρήσῃ πάνζα ἃ ποι-
εῖ, ἢ ποῖ βαδίζει; ὅπυ αὖ βέλη-
τυ, ἔφη· παντυχῆ γὰρ ἐςὶν αὖ-
τῷ ἀσφάλεια, ὥσπερ τὸ κωρύ-
κιον αὔτρον ἔχοντι. κὴ παντυχοῦ
ἂν αὖ ἀφίκηται, πάνζα καλῶς
βιώσεται μὴ πάσης ἀσφαλείας.
ὑποδέξονται γὰρ αὐτὸν ἀσμενέως
πάντες, καθάπερ τὸν ἰατρὸν οἱ
πάσχοντες. πότερον δ' ἂν κἀκεί-
νας ταὶς γυναῖκας, ἃς ἔφης θη-
ρία εἶναι σὺκ ἔτι φοβεῖται, μή
τι παθῇ ὑπ' αὐτῶν; οὐδέν, ἢ μὴ
διοχληθήσεται ἔτι ὑπὸ Ὀδύ-
νης, ἔτι ὑπὸ Λύπης, ἔτι ὑπ'
Ἀνελευθερίας, ἔτι ὑπὸ Φιλαργυρί-
ας, ἔτι ὑπὸ Πενίας, ἔτι ὑπ' ἄλ-
λυ κακυ̃ οὐδενός. ἁπάντων γὰρ
κυριεύσ, κὴ ἐπάνω πάντων ἐςὶ
τῶν ὑφ' ἃ πρὸν αὐτὸν λυπούντων·
καθάπερ οἱ ἐχιδνῆς. τὰ γὰρ
θηρία δήπυ πάντας τὰς ἄλλας
κακοποιοῦντα μέχρι θανάτυ, ἐ-
κείνυς οὐ λυπεῖ, διὰ τὸ ἔχειν αὐ-
τὰς τῦτο. καὶ
τῦτον οὐδὲν λυπεῖ, διὰ τὸ ἔχειν
αὐτὸ φάρμακον. καλῶς ἐμοῖ δο-
κεῖς λέγειν. ἀλλ' ἔτι τῦτό μοι
εἰπὲ, τίνες εἰσὶν οἱ δοκοῦντες
ἐκεῖθεν ἀπὸ τῦ βυνῦ παραγί-
γνεσθαι; καὶ οἱ μὲν αὐτῶν ἐςε-
φανωμένοι, ἐμφασιν ποιοῦσιν

cæteri qui ibi degunt. Nunc vero conducibilium rerum scientiam consecutus, cum ipse bene viuit, tum illorum miserias perspicit. Hæc autem contemplatus quid agit, aut quo vadit? Quocunque voluerit, inquit. Vbique enim in tuto est, non secus ac si Corycium antrum teneret. Et quocunque peruenerit, omnino honeste viuet, ab omni periculo remotissimus. Omnes enim eum libenter suscipient, vt ægroti medicum. Nunquid ergo illas quoque mulieres, quas dicebas esse beluas, timere desiit, nihil ab eis exspectans mali? Nihil. Neque enim vel afflictionem, vel Molestiam sentiet: neque vel ab Incontinentia, vel Auaritia, vel a Paupertate, vel ab vllo alio malo vexabitur. Omnibus enim dominatur, omnibus est superior iis a quibus ante exagitabatur, quemadmodum morsi a vipera. nam serpentes qui omnes alios ad necem vsque persequuntur, illos non lædunt, eo quod hoc veneni remedium habent. Ita & hunc nihil lædit, eo quod remedium habet. Recte mihi dicere videris. Sed illud etiam mihi explica, quinam ij sint, qui inde a tumulo aduentant? quorum alij coronati, speciem

XIII.

hilaritatis

hilaritatis præ se ferunt: qui vero coronis carent, desperabundi, cum cruribus & capitibus attritis esse, tum a mulieribus quibusdam detineri videntur? Qui coronas gestant, inquit, incolumes ad Eruditionem peruenerunt, eaque se potitos esse lætantur. Qui autem coronis carent, partim ab Eruditione repudiati recedunt, male ac misere affecti: partim ignauia debilitati, cum ad Tolerantiam ascendissent, retro redeuntes, nullo certo itinere oberrant. Mulieres vero eos assectantes, quæ sunt? Ærumnæ, inquit, & Molestiæ, & Desperationes, & Ignominiæ, & Ignorationes. Si ita est, vt dicis, mala omnia eos assectantur. Vtique profecto mala omnia. Cum vero isti in primum septum ad Luxuriam & Incontinentiam redierunt, non semetipsos accusant: sed statim & Eruditioni, & id iter ingressis maledicũt, vt ærumnosis & miseris atque infelicibus, qui ea vita, quã ipsi agant, relicta, male viuãt, nec perfruãtur ipsorũ bonis. Quę vero bona esse dicũt? Luxum & Incontinentiã, vt summatim dicã. Nam pecudũ more gulę seruire, maximorũ bonorum esse fructum opinãtur.

εὐφροσύνης τινὸς. οἱ δὲ ἀστεφάνωτοι, οἱ μὲν ἀπεγνωσμένοι, καὶ τὰς κνήμας καὶ τὰς κεφαλὰς δοκοῦσι τετρίφθαι, κατέχονται δὲ ὑπὸ γυναικῶν τινων; οἱ μὲν ἐστεφανωμένοι, σεσωσμένοι εἰσὶ πρὸς τὴν Παιδείαν, καὶ εὐφραίνονται τετυχηκότες αὐτῆς. οἱ δὲ ἀστεφάνωτοι, οἱ μὲν ἀπεγνωσμένοι ὑπὸ τῆς Παιδείας ἀνακάμπτουσι, κακῶς καὶ ἀθλίως διακείμενοι. οἱ δὲ ἀποδεδειλιακότες, καὶ ἀναβεβηκότες πρὸς τὴν καρτερίαν, πάλιν ἀνακάμπτουσι, καὶ πλανῶνται ἀνοδίᾳ. αἱ δὲ γυναῖκες αἱ μετ' αὐτῶν ἀκολουθοῦσαι, τίνες εἰσὶν αὗται; Λύπαι, ἔφη, καὶ Ὀδύναι, καὶ Ἀθυμίαι, καὶ Ἀδοξίαι, καὶ Ἀγνοιαι. πάντα κακὰ λέγεις αὐτοῖς ἀκολουθεῖν. νὴ δία πάντα, ἔφη, ἀκολουθοῦσιν. ὅταν δὲ οὗτοι παραγένωνται εἰς τὸν πρῶτον περίβολον πρὸς τὴν Ἡδυπάθειαν, καὶ τὴν Ἀκρασίαν, [οὐχ ἑαυτοὺς.] οὐχὶ αὐτοὺς αἰτιῶνται, ἀλλ' εὐθὺς κακῶς λέγουσι καὶ τὴν Παιδείαν, καὶ τοὺς ἐκεῖσε βαδίζοντας, ὡς ταλαίπωροι καὶ ἄθλιοι εἰσι, καὶ κακοδαίμονες, οἱ τὸν βίον τὸν παρ' αὐτοῖς ἀπολιπόντες, κακῶς ζῶσι, καὶ οὐκ ἀπολαύουσι τῶν παρ' αὐτοῖς ἀγαθῶν. ποῖα δὲ λέγουσιν ἀγαθὰ εἶναι; τὴν Ἀσωτίαν, καὶ τὴν Ἀκρασίαν, ὡς εἴποι ἄν τις ἐπὶ κεφαλαίου. τὸ γὰρ εὐωχεῖσθαι βοσκημάτων τρόπον, ἀπόλαυσιν μεγίστων ἀγαθῶν ἡγοῦνται εἶναι.

Epist. c. 29. Ten. 57.

αἱ δὲ ἑτεραι γυναῖκες αἱ ἐκεῖθεν παραγινόμεναι, ἱλαραί τε καὶ γελῶσαι, τίνες καλοῦνται; Δόξαι, ἔφη. καὶ ἀγαγοῦσαι πρὸς τὴν Παιδείαν τὰς εἰσελθούσας πρὸς τὰς Ἀρετάς, ἀναπίμπλασιν, ὅπως ἑτέρας ἀγάγωσι· καὶ ἀναχωροῦσιν, ὅτι εὐδαίμονες ἤδη γεγένασιν, ἅς ὅτε ἀπήγαγον. πότερον οὖν, ἔφην ἐγώ, αὗται εἰσὶ πρὸς τὰς Ἀρετὰς εἰσορμῶσαι; ἔφη, οὐ. ἀλλ' εἰς τὴν Ἐπιστήμην, ἀλλὰ τῇ Παιδείᾳ παραδιδόασιν αὐτάς. εἶτα ὅταν ἡ Παιδεία παραλάβῃ, ἀναπίμπλασιν αὗται πάλιν ἄλλας ἄξουσαι. ὥσπερ αἱ νῆες τὰ φορτία ἐξελόμεναι πάλιν ἀναπίμπλασιν, καὶ ἄλλων ἕνεκα χρηματίζονται.

XIV. ταῦτα μὲν δὴ καλῶς μοι δοκεῖς, ἔφην, ἐξηγῆσθαι. ἀλλ' ἐκεῖνο οὐδέπω ἡμῖν δεδήλωκας, τί τὸ δαιμόνιον τοῖς εἰσπορευομένοις εἰς τὸν βίον ποιεῖν; παρρεῖν; ἔφη. διὸ καὶ ὑμεῖς θαρρεῖτε· πάντα γὰρ ἐξηγήσομαι, καὶ οὐδὲν παραλείψω. καλῶς λέγεις, ἔφην ἐγώ. ἐκτείνας ἂν τὴν χεῖρα πάλιν, ὁρᾶτε, ἔφη, τὴν γυναῖκα ἐκείνην, ἣ δοκεῖ τυφλὴ εἶναι, καὶ ἐπὶ λίθου τροχοῦ ἑστάναι, λεῖ καὶ ἄρτι ὑμῖν εἶπον ὅτι Τύχη καλεῖται; ὁρῶμεν. πρώτην καλοῦσ', ἔφη, μὴ πιστεύειν, καὶ βέβαιον μηδὲν πιστεύειν, μηδὲ ἀσφαλὲς ἔχειν ὅ, τι καὶ παρ' αὐτῆς λάβοι τις, μηδὲ ὡς ἴδιόν

Scr. c. 72

Alteræ vero mulieres illinc profectæ hilares, & ridentes, quibus nominibus appellãtur? 17 Opiniones, inquit. & perductis ad Eruditionẽ iis qui ad Virtutes sunt ingressi, redeunt, vt alios adducant: atque renuncient, eos quos illo adduxerint, iam beatos esse factos. Vtrũ igitur, inquam, istæ ad virtutes ingrediuntur? Non, inquit: neque enim fas est Opinionem intrare ad Scientiam: sed Eruditioni tradunt illos. Quos cum eruditio susceperit, redeũt istæ, rursus alios adducturæ: veluti naues, expositis sarcinis reductæ, aliis rebus onerantur. Ista quidem mihi recte explicare videris. 18 Sed illud nondum declarasti, quid Genius in vitam introeuntibus præcipiat? Vt bonis animis sint, inquit. Quare bonis animis este & vos. Enarrabo enim omnia, neq; quicquam prætermittam. Recte dicis inquã. 19 Rursus igitur extenta manu: Videtis, inquit, mulierem istam, quæ cæca esse videtur, & rotundo laxo insistere, quam vobis modo dixi Fortunam appellari? Videmus. Huic, inquit, Fidem haberi vetat, aut quicquam firmum putari, tutoue possideri, aut pro suo teneri, quod illi acceptum

ptum referatur. Nihil enim obstare, quo minus ea eripiat, & alteri tradat. Sæpe enim eam hoc facere solere. Ob eam igitur causam monet, ne vincantur illius muneribus: neue gaudeant, cum largiatur: neue doleant, cum eripiat: vtque eam neque laudent, neque vituperent. Neque enim quicquam consulto facere, sed temere atq; inconsiderate, sicut ante vobis dixi. Quare Genius monet, ne mirentur, quicquid illa faciat: neue malos mensarios imitentur, qui accepta ab aliis pecunia gaudeant tanquã sua, eademq; repetita indignentur, atque iniuriam sibi factam putent: obliti nimirũ, ea conditione apud se fuisse depositam, vt absque vllo impedimento a creditore reciperetur. Eodem ergo modo iubet Genius, erga eius munera esse affectos: & id Fortunæ esse ingenium meminisse, vt & quæ dederit, eripiat, & subito longe plura largiatur, rursusque auferat ea quæ dederat: nec ea solum, sed ea etiã quæ illi ante habuerint. 20 Quę igitur det, accipi iubet ab ea: iisque acceptis quamprimum accedi ad cõstantem & tutam

ἡγεῖσθαι. οὐδὲν γὰρ κωλύει ταῦτα πάλιν ἀφελέσθαι, καὶ ἑτέρῳ διδόναι· πολλάκις γὰρ τοῦτο εἴωθε ποιεῖν. καὶ διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν κελεύει πρὸς τὰς [αὐτῆς.] ἑαυτῆς δόσεις [οὐχ.] ἥττους γίγνεσθαι, καὶ μήτε χαίρειν ὅταν διδῷ, μήτε ἀθυμεῖν ὅταν ἀφέληται, καὶ μήτε ψέγειν αὐτὴν, μήτε ἐπαινεῖν. οὐδὲν γὰρ ποιεῖ μετὰ λογισμοῦ, ἀλλ' εἰκῇ, καὶ ὡς ἔτυχε πάντα, ὥσπερ πρότερον ὑμῖν ἔλεξα. διὰ τοῦτον οὖν τὸ Δαιμόνιον κελεύει μὴ θαυμάζειν, ὅ, τι ἂν πράττῃ αὕτη μηδὲ γίγνεσθαι ὁμοίους τοῖς κακοῖς τραπεζίταις. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι, ὅταν μὲν λάβωσι τὸ ἀργύριον παρὰ τῶν ἀνθρώπων, χαίρουσι, καὶ ἴδιον νομίζουσιν εἶναι· ὅταν δὲ ἀπαιτῶνται, ἀγανακτοῦσι, καὶ δεινὰ οἴονται πεπονθέναι, οὐ μνημονεύοντες ὅτι ἐπὶ τούτῳ ἔλαβον τὰ θέματα, ἐφ' ᾧ οὐδὲν κωλύειν τὸν θέμενον πάλιν κομίσασθαι. ὡσαύτως τοίνυν κελεύει ἔχειν τὸ Δαιμόνιον, καὶ πρὸς τὴν παρ' αὐτῆς δόσιν. καὶ μνημονεύειν, ὅτι τοιαύτην ἔχει φύσιν ἡ Τύχη, ὥστε ἃ δέδωκεν ἀφελέσθαι, καὶ παχέως πάλιν δοῦναι πολλαπλάσια. αὖθις δὲ ἀφελέσθαι, ἃ δέδωκεν. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὰ προὐπάρχοντα. ἃ γοῦν διδῷ, κελεύει λαμβάνειν παρ' αὐτῆς, καὶ συντόμως ἀπελθεῖν ἔχοντα πρὸς τὴν βεβαίαν καὶ ἀσφαλῆ δόσιν. ποίαν ταύ-

largitionẽ. Quæ nam illa est?

τῶν, ἔφην ἐγώ; ἢ λήψονται παρὰ τῆς Παιδείας, ἢ ἀμφισβητήσουσιν ἐκεῖ. αὕτη οὖν τίς ἐστιν; ἡ ἀληθὴς Ἐπιστήμη, ἔφη, τῶν συμφερόντων, καὶ ἀσφαλὴς δόσις, καὶ βεβαία, καὶ ἀμεταβλησία. φθάνειν οὖν κελεύει σπουδῇ πρὸς ταύτην. καὶ ὅταν ἔλθωσι πρὸς ἐκείνας ἃς καὶ πρότερον εἶπον, ὅτι Ἀκρασία καὶ Ἡδυπάθεια καλοῦνται, καὶ σπεύδειν κελεύῃ σπουδῇ ἀπαλλάττεσθαι, καὶ μὴ πιστεύειν μηδὲ ταύταις μηδέν, ἕως ἂν πρὸς τὴν Ψευδοπαιδείαν ἀφίκωνται· κελεύῃ οὖν αὐτοῖς χρόνον τινὰ ἐνδιατρίψαι, καὶ λαβεῖν ὅ, τι ἂν βάλωνται παρ' αὐτῆς, ὥσπερ ἐφόδιον· εἶτα σπεύδειν ἀπιέναι πρὸς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν σπουδῇ. ταῦτ' ἐστὶν, ἃ προστάττει τὸ Δαιμόνιον. ὅστις τοίνυν παρ' αὐτὰ τί ποιεῖ ἢ παραινεῖ, ἀπόλλυται κακὸς κακῶς. ὁ μὲν δὴ μῦθος, ὦ ξένοι, ὁ ἐν τῷ πίνακι, τοιοῦτός ἡμῖν ἐστιν. εἰ δὲ δεῖ τι προσανυθέσθαι πρὸς ἐκάστου τούτων, καὶ ἐκεῖνο φθόνος· ἐγὼ γὰρ ὑμῖν φράσω. καλῶς λέγεις, ἔφην ἐγώ. ἀλλὰ τί κελεύει αὐτοὺς τὸ Δαιμόνιον λαβεῖν παρὰ τῆς Ψευδοπαιδείας, τοῦθ' ἁδρκεῖ εὐχρηστα εἶναι. τοῦτ' ἔστιν οἷα τίνα ἐστί; γράμματα, ἔφη, καὶ τῶν ἄλλων μαθημάτων, ἃ καὶ τοῖς πάνυ φησὶν ὠφελιμα ἂν εἶναι δυνάμενα ἔχειν τοῖς νέοις, ἵνα μὴ

inquam. Quam ab eruditione sunt accepturi, si eo peruenerint incolumes. Ea vero quæ est? Vera scientia, inquit, rerum vtilium, largitioq; constans, tuta & immutabilis. Quare celeriter ad hanc iubet confugi: cumque ad mulieres illas, quas ante dixi Incontinentiam & Luxuriam 21 appellari, peruenerint, etiam ab iis statim discedi, ac ne his quidem fidem haberi vllam: 22 donec ad falsi nominis Eruditionem progressi fuerint. Apud hanc vero ad tempus eos commorari iubet: & quicquid voluerint, ab ea pro viatico accipere. Post celeriter inde ad Veram Eruditionem contendere. Hæc sunt mandata Genij: quæ qui aut non obseruat, aut non recte accipit, malus male perit. Ac fabula quidem, hospites, quam tabula continet, huiusmodi est. Si quid vero amplius de horum vnoquoque percontari placet, licebit. Ego enim vobis dicam. Recte, inquam, dicis. Quid ergo eos Genius a Falsi nominis Eruditione iubet accipere? Ea quæ vsui esse videntur. Quænam illa sunt? Literæ, inquit, & cæteræ disciplinæ: quas & Plato adolescentibus fræni esse instar ait, ne aliis

aliis rebus distrahantur. 23 Num vero necesse est istas accipere eũ, qui ad Veram eruditionem peruenire velit, an non? Nulla id quidẽ necessitas cogit. Nam commodæ illę quidẽ sunt, sed ad incremẽta virtutis nihil cõferũt. Irane eas nihil cõferre ad id dicis, vt viri meliores euadamus? Licet enim vel sine his fieri meliores, inquit. Neq; tamen inutiles sunt etiam istæ. Vt enim aliquãdo per interpretem ea quę dicuntur cognoscimus, & tamen non incommodũ fuerit, nos ipsos illius linguæ accuratiorẽ habere cognitionẽ, quamuis aliquid per interpretem perceperimus: sic disciplinis istis carere, nihil est quod vetet. Non ergo meliore cõditione sunt cæteris istis Mathematici, nec facilius possũt fieri meliores? Quo pacto, inquit, pręstarẽt cęteris, cum eos de reb. bonis & malis non minus sentire perperã constet, quam cæteros mortales, & omni adhuc vitiorũ genere cõstrictos teneri? Nihil enim vetat nosse literas, & tenere disciplinas omnes: & æq; tamẽ esse ebriosum, intẽperatẽ, auarũ, iniuriũ, proditorẽ, deniq; amentẽ. Multos certe quidẽ tales videre licet. Quę ergo, inquit, istorum quasi prærogatiua est ob istas disciplinas, vt in viros euadãt meliores?

εἰς ἕτερα βελτιωτικά. πότερον ὃ ἀνάγκη ταῦτα λαβεῖν, εἰ μέλλοι τις ἥξειν σπουδαίως ἐπὶ τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν, ἢ οὔ; ἀνάγκη μὲν οὐδαμῶς, ἔφη. χρήσιμα μέντοι ἐστί. σπουδὴ δὲ τὸ βελτίονας γενέσθαι οὐδὲν συμβάλλεται ταῦτα. οὐδὲν ἄρα λέγεις τοῦτο χρήσιμα εἶναι, σπουδὴ τὸ βελτίους γενέσθαι ἀνδρας; ἐστι γὰρ καὶ αὐτὰ τάττων βελτίους γοῦν. ὅμως δὲ σὺν ἄσκησι καὶ ἐκεῖνά ἐστιν ὡς γὰρ δι' ἑρμηνείως συμβάλλομεν τὰ λεγόμενά ποτε, ὅμως μέντοι σὺν ἀσκήσει καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς τῷ φωνῇ ἀκριβεστέρως ἔχειν, αὖ καὶ σωφρονεῖν. ὅτου ἄρα τούτων τῶν μαθημάτων οὐδὲν κωλύει [καλὸς κἀγαθός.] γενέσθαι. πότερον οὐδὲν σπουδὴ ἔχουσιν ὅτι οἱ μαθηματικοὶ, σπουδὴ τὸ βελτίους γοῦν τ' ἄλλων ἀνθρώπων; πῶς μέλλουσι σπουδὴ ἔχειν, ἐπειδὰν φαίνωνται ἠπατημένοι περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, ὥσπερ οἱ ἄλλοι, καὶ ἔτι κατεχόμενοι ὑπὸ πάσης κακίας. οὐδὲν γὰρ κωλύει εἰδέναι μὲν γεωμετρικά, καὶ κατέχειν δὲ μαθήματα πάντα, ὁμοίως δὲ μέγιστον καὶ ἀκρατῆ εἶναι, καὶ φυλάρχους, καὶ ἄδικον, καὶ σπουδοδοτικὸν, καὶ τὸ πᾶν ἄφρονα. ἀμέλει πολλοὺς τοιούτους ἔστιν ἰδεῖν. πῶς οὖν ὅτι σπουδὴ ἔχουσιν, ἔφη, εἰς τὸ βελτίους ἀνδρας γοῦν εἶναι, ἕνεκα τούτων τῶν μαθημάτων; οὐδαμῶς φαίνεται ἐκ τούτου τοῦ λόγου.

ἀλλὰ τί ἐστιν [ἔφη.] ἔφλων ἐγὼ, τὸ αἴτιον; ὅτι ἐν τῷ δευτέρῳ τοῦ δόλῳ ἵδρυνται, ὥσπερ ἐγὼ ἔζοντες τοῦ τῷ ἀληθινῷ Παιδείαν. ἢ τί τοῦτο ὠφελεῖ αὐτοὺς, ἔφλων; ὅταν πολλάκις ἐστὶν ἰδεῖν παραγιγνομένους ἐκ τοῦ πρώτου τοῦ δόλου ἀπὸ τῆς Ακρασίας, καὶ τῆς ἄλλης κακίας εἰς τὸν τρίτον τοῦ δόλον, τοῦ τῷ Παιδείαν τῷ ἀληθινῷ, οἱ τοῦτον τὸν μαθημάτων παραλαμβάνουσιν. ὥστε πῶς ἔτι τοῦ ἔχουσιν, ἆρα ἢ ἀκινητότεροί, ἢ δυσμαθέστεροί εἰσι. πῶς, ἔφλων, τοῦτο ἐγώ; ὅτι οἱ ἐν τῷ δευτέρῳ τοῦ δόλῳ εἰ μηδὲν ἄλλο, τοῦτο γε ἐπίστανται ἃ οὐκ οἴδασιν. ἕως δ' αὖ ἔχουσι ταύτην τὴν δόξαν, ἀκινήτους αὐτοὺς ἀνάγκη εἶναι, τοῦ τὸ ὁρμᾶν τοῦ τῷ ἀληθινῷ Παιδείαν. εἶτα τὸ ἕτερον οὐχ ὁρᾷς, ὅτι καὶ αἱ Δόξαι ἐν τῷ πρώτου τοῦ δόλου εἰσορμοῦνται τοῦ τὰς αὐτοὺς ὁμοίως· ὥστε οὐδὲν ὅτοι ἐκείνων βελτίους εἰσὶν, ἐὰν μὴ καὶ τοῦτοις σωτὴρ Μεταμέλεια, καὶ πεισθῶσιν ὅτι οὐ Παιδείαν ἔχουσιν, ἀλλὰ Ψευδοπαιδείαν, δι' ἣν ἀπατῶνται. ὅτω δὴ Ξένοι, οὐκ ἂν ποτε σωθεῖεν. καὶ ὑμεῖς τοίνυν, ὦ ξένοι, ἔφη [ἐὰν μὴ] ὅτω ποιῆτε, καὶ ἐνδιατρίβητε τοῖς λεγομένοις, μέχρις ἂν ἕξιν λαβεῖν.

Nulla omnino esse videtur, siquidē ita se res habet. Sed quæ causa est inquam, cur in secundo versentur septo, tanquam Veræ eruditioni vicini? t quem, inquit, inde capiunt fructum? cum sæpe videre liceat aliquos e primo septo ab incontinentia cæterisque vitiis in tertium septum peruenire ad veram Eruditionem, qui istos disciplinarum sectatores prætereunt. Quis ergo iam dicat, cos prestare cęteris? Aut igitur segniores sunt, aut minus dociles. Quomodo istud? inquam. Quia qui in secundo septo sunt, vt nihil aliud, illud certe peccant, quod ea se scire profitentur, quæ nescIunt. Qua opinione dū imbuti sunt, segniores eos esse necesse est ad veram eruditionem expetendam. Deinde alterum illud non vides, vt Opiniones etiam e primo septo adhuc ad eos commeent? Quare nihilo cæteris hi meliores sunt, nisi cum ipsis etiam Pœnitentia se coniunxerit: persuasumque habuerint, non Vera, sed Falsi nominis eruditione se esse præditos, a qua in errores inducantur, eoq; statu rerum salui atq; incolumes esse nequeant. Et vos igitur hospites, inquit, nisi ita feceritis, & in iis quæ diximus, diu multūq; versati fueritis, donec habitū acquiratis.

Nam

(nam ſæpius eadem reuoluenda ſunt, nec intermittenda, ſed cætera præ his ſuperuacanea putanda) nullus vobis eorum vſus erit, quæ auditis. Faciemus. Sed hoc declara, cur 24 bona nō ſint, ea quæ homines a fortuna accipiunt? vt vita, vt ſanitas, diuitiæ, gloria, liberi, victoria, cæteraque his ſimilia? contraq; ea quæ his aduerſantur, cur mala nō ſint? Omnino enim admirabilis & incredibilis iſta nobis videtur oratio. Age ergo da, inquit, operam, vt ad ea quę rogaro, id reſpondeas, quod tibi videtur. Ita faciam, inquam. Vtrum igitur etiam ei qui male viuit, bonum eſt viuere? 25 Nō videtur mihi, ſed malum. Quo pacto ergo, inquit, bonū eſt viuere, ſi illi malū eſt? Quia vt male viuentibus, malum mihi videtur viuere: ita bene, bonū. Et malū igitur eſſe dicis viuere, & bonū? Ego vero. Caue abſurde loquaris. Neque enim fieri poteſt, vt res eadē & mala & bona ſit. Sic enim & vtilis erit, & noxia, ſimulque ſemper & expetenda & fugienda. Abſurdum id quidem. Sed ſi is qui male viuit, malum habet: quo pacto ipſa vita mala erit? quit, viuere, & male viuere.

ἀλλὰ περὶ τῶν αὐτῶν πολλάκις δεῖ ἐπισκοπεῖν, καὶ μὴ ἀφαλείπειν, πρὶν ἄλλα παράδοξα ἡγήσασθαι. εἰ δὲ μή, οὐδὲν ὄφελος ἔσται ὧν νυνὶ ἀκούετε. ποιήσομεν. τοῦτο δὲ ἐξήγησαι, πῶς σοκεῖ ἔστιν ἀγαθὰ, ὅσα λαμβάνουσιν οἱ ἄνθρωποι παρὰ τῆς Τύχης; οἷον τὸ ζῆν, τὸ ὑγιαίνειν, τὸ πλουτεῖν, τὸ εὐδοξεῖν, τὸ τέκνα ἔχειν, τὸ νικᾶν, καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα τούτοις παραπλήσια; ἢ πάλιν πάλ ἐναντία πῶς σοκεῖ ἔστι κακά; πάνυ γὰρ ἡμῖν παράδοξον καὶ ἄπιστον δοκεῖ τὸ λεχθέν. ἄγε δίνυν πειρῶ, ἔφη, ἀποκρίνασθαι τὸ φανόμενον, περὶ ὧν ἄν σε ἐρωτῶ. ἀλλὰ ποιήσω τοῦτο, ἔφην ἐγώ. πότερον οὖν κακῶν κακῶς τις ζῇ, ἀγαθὸν ἐκείνῳ; ἔμοιγε δοκεῖ, ἀλλὰ κακόν, ἔφην ἐγώ. πῶς ἂν ἀγαθόν ἐστι τὸ ζῆν, ἔφη, εἴπερ τούτῳ ἐστὶ κακόν, ὅτι τοῖς μὲν κακῶς ζῶσι κακὸν μοι δοκεῖ εἶναι, τοῖς δὲ καλῶς ἀγαθόν. καὶ κακὸν ἄρα λέγεις τὸ ζῆν καὶ ἀγαθὸν εἶναι; ἔγωγε. μὴ ἂν ἀπιθάνως λέγε. ἀδύνατον γὰρ, τὸ αὐτὸ πρᾶγμα καὶ κακὸν καὶ ἀγαθὸν εἶναι. ἔστω μὲν γὰρ καὶ ὠφέλιμον καὶ βλαβερὸν αὖ εἶη, καὶ αἱρετὸν καὶ φυκτὸν ἅμα ἀεὶ. ἀπίθανον μέν. ἀλλὰ πῶς, εἰ τὸ κακῶς ζῆν, ᾧ αὖ ὑπάρχοι, κακόν τι ὑπάρχοι αὐτῷ, κακὸν αὐτὸ τὸ ζῆν ἐστιν; ἀλλ' ἓν τὸ αὐτὸ, ἔφη, ὑπάρχει τὸ ζῆν τῷ κακῶς ζῆν. ἢ ἔ σοι φαίνεται; Atqui non idem eſt, inquit, An non & tibi videtur?

XVI.

ἀμέλει δὲ ἐμοὶ δοκεῖ τὸ αὐτὸ εἶναι. τὸ τοίνυν ζῆν δ' ἀγαθόν ἐστιν· ἐπεὶ εἰ μὴ ἀγαθὸν, τοῖς ζῶσι καλῶς ἀγαθὸν δὴ ὑπῆρχεν, ἐπεὶ τὸ ζῆν αὐτοῖς ὑπῆρχεν, ὅπερ ἐστὶν ἀγαθόν· ἀληθῆ μοι δοκεῖς λέγειν. ἐπεὶ τοίνυν ἀμφοτέρως ἔχειν. ἐπεὶ τοίνυν ἀμφοτέρως συμβαίνει τὸ ζῆν, καὶ τοῖς κακῶς ζῶσιν, καὶ τοῖς καλῶς ἀγαθὸν ἄν εἴη ὅτε ἀγαθὸν [εἶναι] τὸ ζῆν, ὅτε κακόν. ὥσπερ δὲ τὸ τέμνειν, καὶ καίειν, οὐ τοῖς ἀῤῥώστοις ἐστὶ νοσηρὸν καὶ ὑγιεινόν. ἀγαθὸν ὅτῳ καὶ ἐπὶ τῷ ζῆν ἐστὶ ταὐτά. οὐ τοίνυν ὅτῳ δεῖ σκεψώμεθα καὶ εἰ τῷ πλουτεῖν ἔστω, εἴγε θεωρεῖν ἐστιν ὡς πολλάκις ἐστὶν ἰδεῖν κατ' ἄρχοντά τινι πλοῦτον, κακῶς ἢ ζῶντα τοῦτον καὶ ἀθλίως. νὴ Δία πολλούς γε. οὐκοῦν οὐδὲν τούτοις ὁ πλοῦτος βοηθεῖ εἰς τὸ ζῆν καλῶς. ἀ φαίνεται, αὐτοὶ γὰρ φαῦλοί εἰσιν. οὐκοῦν καὶ πλοῦτος εἶναι, οὐχ ὁ πλοῦτος ποιεῖ, ἀλλὰ ἡ Παιδεία. εἰκός γε. ἐκ τούτου ἄρα καὶ λόγου πᾶς ὁ πλοῦτος ἀγαθόν ἐστιν, εἰ ὡς

Profecto nec mihi videtur esse idem. Viuere igitur non est malum. Malum enim si esset, etiam bene viuentibus vtique esset malum. vitam enim haberent, quæ malum esset. Vera mihi videris dicere. Quia ergo fit, vt vita vtrisque suppetat, tam male quam bene viuentibus: viuere neq; malū fuerit, neq; bonū, sicut neq; secare & vrere. Nā ægrotantib. quidē ea salubria sunt, sanis vero noxia. Eodem igitur modo & vita se habet. Proinde sic tu rem considera: Mallesne male viuere, an mortē bene oppetere, ac fortiter? Ego vero honeste mori. Ergo neque mori est malū. Siquidē oppetere mortē sępe magis est expetendū, quam viuere. Sunt ista. Eadē ergo est & sanitatis ratio, & morborū. Sępe enim valere non prodest, si casus aliquis ita tulerit. Vera dicis. Age vero, & Diuitias eodē modo cōsiderem: si modo illud considerare est, ꝙ sępe videre licet, eūdē & habere diuitias, & male misereq; viuere. Mehercule multos. Nihil ergo eis diuitię cōferunt ad bene beateque viuendū? Non videtur, cum ipsi mali sint. Vi-

ros ergo bonos non diuitiæ, sed Eruditio facit. Probabile quidem est. Hac ergo ratione Diuitiæ qui bonum sunt,

cum

cum poſſeſſores ſuos in eo non adiuuent, vt ſiant meliores? Ita videtur. Ergo nō nullis ne expedit quidem eſſe diuites, cum diuitiis vti neſciant. Mea quidem opinione. Quo pacto ergo id quiſquam bonum iudicabit, quod ſæpe nullo modo ſuppetere prodeſt? Si quis ergo diuitiis bene & perite vti ſcierit, bene viuet: ſin minus, male. Veriſſima dicere mihi videris. Ad ſummam, quia hæc aut in pretio ſunt, vt bona: aut in contemtu, vt mala: idipſum eſt quod homines perturbet & lædat, cum ſcilicet ea mortales magnificiunt, ſeque per ea ſola Felicitatis fore compotes opinantur: eorumque cauſa ordine faciunt omnia, etſi maxime impia eſſe videantur. Hæc vero eis accidunt, quia quid bonum ſit ignorant.

ἀ βοηθεῖ τοῖς ἔχουσιν αὐτ, εἰς τὸ βελτίους εἶναι; φαίνεται. ὅτως ἀδὲ συμφέρει ἄρα ἐνίοις πλοῦτεῖν, ὅταν μὴ ἐπίσωνται τῷ πλούτῳ χρῆσθαι. δοκεῖ μοι. πῶς ἂν τοῦτο αὖ τις κελεύει ἀγαθὸν εἶναι, ὃ πολλάκις ἀ συμφέρει ὑπάρχειν ἀδεμῶς, ὅπου εἰ μὴ ἐπίσαται πλούτῳ χρῆσθαι καλῶς κὴ ἐμπείρως, δὲ βιώσεται· εἰ δὲ μὴ, κακῶς; ἀληθέσταλά μοι δοκεῖς τοῦτο λέγειν. κὴ τὸ σιώλον δὲ τὸ πιμᾶν ταῦτα ὡς ἀγαθὰ ὄντα, ἢ ἀπιμάζειν ὡς κακά, τοῦτό ἐστι τὸ ἀφάτον τοὺς ἀνθρώπους κὴ βλάπτον, ὅταν λιμῶσί τε αὐτὰ, κὴ οἷον δὴ τῶν μύνων δύδαιμονεῖν, κὴ πάνθ' ἑπομένως πράττουσιν ἐνεκα τούτων, κὴ τὰ ἀσεβήματα δοκοῦντα εἶναι. ταῦτα δὲ πάσχουσι διὰ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἄγνοιαν.

ΤΕΛΟΣ.

FINIS.

PLATONICA FABVLA DE SORTITIONE ANIMARVM, CVM Tabula Cebetis belle conueniens: Libro de Republica decimo.

SORTITVS ANIMARVM, EX ERIS PAMPHYLII NARRATIONE, De fine πολιτειῶν ί. Ioachimo Camerario interprete.

Innuit hoc commentum, eligendam esse optimam vitæ rationem, quam & iucundam & facilem redditura sit consuetudo.

Σφᾶς ἦν ἐπειδὴ ἀφικέσθαι, αὐτοὺς δεῖν ἰέναι πρὸς τὰς λάχεσιν. προφήτης οὖν τινα σφᾶς πρῶτον μὲν ἐν τάξει διατάξαι· ἔπειτα λαβόντα ἐκ τῶν τῆς λαχέσεως γονάτων κλήρους τε καὶ βίων παραδείγματα, ἀναβάντα ἐπί τι βῆμα ὑψηλόν, εἰπεῖν·

Ἀνάγκης θυγατρὸς κόρης λαχέσεως λόγος.

Ψυχαὶ ἐφήμεροι, ἀρχὴ ἄλλης περιόδου θνητοῦ γένους θανατηφόρου· ὑμᾶς δαίμων λήξεται, ἀλλ' ὑμεῖς δαίμονα αἱρήσεσθε. πρῶτος δ' ὁ λαχὼν, πρῶτος αἱρείσθω βίον, ᾧ συνέσται ἐξ ἀνάγκης. ἀρετὴ δὲ ἀδέσποτον· ἣν τιμῶν καὶ ἀτιμάζων, πλέον καὶ ἔλαττον αὐτῆς ἕκαστος ἕξει.

CVM ad PARCAS veniſſent, ſtatim coactos aiebat fuiſſe ad LACHESIM accedere. Ibi vatem quendam ipſos primum ordine collocaſſe: deinde acceptis de genibus Lacheſis ſortibus, atq; vitarum exemplis, conſcenſoq; editiore loco, hæc locutum eſſe. ORATIO LACHESIS, QVAE NECESSITATIS FILIA EST. Animæ caducæ, initiũ alterius ambitus mortalis & mortiferi generis: nõ vos ſortitur GENIVS, ſed vos Geniũ eligetis. Ac cuius primo ſors exierit, is primus ſumat vitam, quam deget poſtea neceſſario. VIRTVS autẽ nullo dominatu premitur. Quã vt quiſq; coluerit, aut ſpreuerit, ita illa magis minuſve potietur. Cuiuſq; autẽ futura

culpa

culpa est: at Deus culpa carebit. Hæc loquutum, dissipasse sortes inter omnes: cepisse autem eam quenque, quæ ante se decidisset, se excepto. nam capere sibi non cõcessum fuisse. Qui autem cepisset, illi statim apparuisse, quotus esset numero. Postea & vitarum exempla proposuisse humi, multo plura quam ipsi essent. Fuisse autem multiplicia. nam cum omnium animalium vitas in illis, tum vniuersas humanas fuisse. Interq; has, & tyrannidas, alias stabiles, alias vero minus durabiles, inque egestates & exilia & mendicitates desinẽtes. Interque & probatorum virorum vitas, quasdam forma & pulcritudine, & præterea robore atq; certaminum laude: quasdam genere, & maiorum virtute, similique laude probatorum. Eodemque modo & mulierum vitas fuisse. Ordinẽ autem animæ nullum: propterea quod alienã vitã capessentẽ, aliã illam reddi necesse sit. Cætera vero inter se, diuitiis alia & egestate, alia morbis & sanitate, quędã & mediocritate quadã prædita esse. Hoc, mi Glauco, maximum periculũ hominibus obiicitur. Huiusq; causa in primis studẽdũ, vt aliis omnib. disciplinis neglectis, hãc vnã disciplinã

αἰτία ἑλομένῳ, θεὸς ἀναίτιος. ταῦτα εἰπόντα, ῥίψαι ἐπὶ πάντας τοὺς κλήρους. ὃν δ' παρ' αὐτὸν πεσόντα, ἔγκυον αἱρεῖσθαι τὸν βίον, ἐὰν δύνηται. τὸν δὲ αἱρεθέντα δῆλον εἶναι ὁπόσοις ἔλαχε. μετὰ δὲ τοῦτο αὖθις τοὺς τῶν βίων παραδείγματα, εἰς τὸ πολὺ σφῶν θεῖναι ἐπὶ τὸν χρόνον πολὺ πλείω τῶν παρόντων. εἶναι δὲ παντοδαπά. ζῴων τε δὴ πάντων βίους, καὶ δὴ καὶ τοὺς ἀνθρωπίνους ἅπαντας. τυραννίδας τε δὴ ἐν αὐτοῖς εἶναι τὰς μὲν ἀτελεῖς, τὰς δὲ καὶ μεταξὺ διαφθειρομένας, καὶ εἰς πενίας τε καὶ φυγὰς, καὶ εἰς πλωχείας τελευτώσας. εἶναι δὲ καὶ δοκίμων ἀνδρῶν βίους, τοὺς μὲν ἐπὶ εἴδεσι, καὶ κατὰ κάλλη, καὶ τῷ ἄλλῳ ἰσχύϊ τε καὶ ἀγωνίαν· τοὺς δ' ἐπὶ γένεσι, καὶ προγόνων ἀρεταῖς, καὶ εὐδοκίμων κατὰ ταῦτα. ὡσαύτως δὲ καὶ γυναικῶν. ψυχῆς δὲ τάξιν οὐκ εἶναι διὰ τὸ ἀναγκαίως ἔχειν, ἄλλον ἑλομένῳ βίον, ἀλλοίαν γίνεσθαι. τὰ δ' ἄλλα, ἀλλήλοις τε καὶ τοῖς πλούτοις καὶ πενίαις, τὰ δὲ νόσοις, τὰ δὲ ὑγιείαις μεμίχθαι, τὰ δὲ καὶ μέσον τούτων. ἔνθα δὴ, ὡς ἔοικεν, ὦ φίλε Γλαύκων, ὁ πᾶς κίνδυνος ἀνθρώπῳ, καὶ διὰ ταῦτα μάλιστα ἐπιμελητέον, ὅπως ἕκαστος ἡμῶν τῶν ἄλλων μαθημάτων ἀμελήσας, τούτου δὲ μαθήματος καὶ ζητη-

πὴς κὴ μαθητὴς ἔσαι, ἐαύ ποθεν οἷός τ' ἦ μαθεῖν κὴ ἐξευρεῖν, τίς αὐτὸν ποιήσ δ' ωατὸν κὴ ἐπιστήμονα, βίον κοὶ χρηστὸν κοὴ πονηρὸν ἀλλαγινώσκοντα, τὸν βελτίω ἀεὶ τ δ' ωατῶν ἀεὶ παντηχῆ αἱρεῖσθ, ἀναλογιζόμενον πάντα τὰ νῦν δὴ ῥηθέντα, κὴ ξυωπτέμενα ἀλλήλοις, κὴ διαιρέμενα ωρὸς ἀρετὴν βίου πῶς ἔχει, κὴ εὐδένας τι κοὰλλα ωονίας ἢ ωλούτῳ [κεκραθέν, ἢ κεκραδὲν.] κεκραδὲν, κὴ μετ' ποίας πνὸς ψυχῆς ἕξεως κοακὸν ἢ ἀγαθὸν ἐργάζεται· κὴ τὰ εὐγένειαν κὴ δυσγένειαν, κὴ ἰδιωτεῖαν, τ ἀρχὰς, κὴ ἰσχύες, τ ἀδένειαν, κὴ εὐμαδίαν, τ δυσμαδίαν, κοὰ πάντα τὰ τοιαῦτα τ φύσει ωρὸς ψυχὴν ὄντων τ ἐπικτήτων, τὰ ξυγκεκραμένα ωρὸς ἄλληλα ἐργάζεται; ὥστε ἐξ ἁπάντων αὐτ δυνατῶν εἶναι συλλογισάμενον αἱρεῖσθ, ωρὸς τὴν τῆς ψυχῆς φύσιν ἀποβλέποντα, τὸν τε χείρω κὴ τὸν ἀμείνω βίον. χείρω μὲν κακλῶν, ὃς αὐτὴν ἐκεῖσε ἄξει εἰς τὸ ἀδικωτέραν γίγνεσθ· ἀμείνω δὲ, ὅστις εἰς τὸ δικαιοτέραν· τὰ δὲ ἄλλα πάντα χαίρειν ἐᾶν. ἐωρακαμὲν γὰρ, ὅτι ζῶντι τε κὴ τελευτήσαντι αὐτῷ κρατίστη αἵρεσις. Ἀδαμαντίνως δεῖ δὴ ζωὴν τὴν δόξαν ἔχοντα, εἰς ἅδου ἰέναι, ὅπως αὖ ἢ κὴ ἐκεῖ ἀνέκωλυτος ὑωὸ ωλούτου τε κοὴ τῶν τοιούτων κακῶν, κοὴ μὴ

exquiramus atq; discamus, vt liceat aliquãdo discere atque inuenire, quisnam vnũquenq; ad hoc instruere valeat, quo possimus vitã bonam a praua distinguentes, meliorẽ semper, quoad fieri poterit, eligere: repetentes animo, omnia quę dudum disputata sunt, eaq: conferẽtes & diuidentes in cõsideratione perfectæ virtute vitæ. Ne ignoremus, ecquid forma, egestate diuitiisve tẽperata, cumq; quali quodã animæ habitu, mali bonive causa exsistat. Item, nobilitates & ignobilitates, tũ priuata vita & honorata, viresq; & debilitas, ingeniosi-tas itẽ & tarditas animi, omniaq; hęc quę natura ipsa animę attribuit: nec nõ ascititia quoq; cõmista inter se, quidnam efficiant. Vt de omnibus cõparatione facta, respectu naturę animę possimus meliorem a deteriore vita discernere: eam quidem appellãtes deteriorem, quæ hanc illo abductura sit, vbi improbior fiat: melior, quę, vbi reddatur ꝓbior. Cætera vniuersa valere iubebimus. Vidimus enim hanc esse electionem optimam & viuenti & morienti. Quare in hac adamantina quadam persuasione ad inferos descendendũ est, vt anima illic etiã neq; a diuitiis, neq; ab aliis huiusmodi malis percellatur. Neue

delapsa

delapsa in tyrannides, & actiones similes, cũ designet multa & indigna facinora, tum vero maiora ipsa perferat. Verum vt nouit eã semper vitam eligere, quæ media sit quędam: & in vtramque partem excedentia fugere, non in hac modo vita, quoad licebit, sed & in tota illa secutura. In hoc enim summa hominis est felicitas. Ac tum quidem illarum rerum nũtius narrabat, vatem & hæc dixisse: Etiã qui vltimo loco forte eliget, ei, si prudenter elegerit, & attente vixerit, proposita vita est non recusanda, neq; mala. Nec princeps in electione negligens, neq; vltimus tristis esse debebit. Hæc illo locuto, aiebat, eum cui prima sors obtigisset, statim accedentẽ, maximã omniũ tyrannidẽ elegisse: atq; ita quidẽ elegisse, vt peramẽtiã & gulositatẽ nequaquã satis omnia contẽplaretur: neq; animaduerteret, includi fatũ vorandorũ liberum, & mala quoq; alia. Postea vero quã otiose perspexerit, tũ seipsũ plãxisse & deploasse electionẽ, oblitũ eorum quæ vates prædixissent: neq; se, vt mali auctorẽ accusauisse, sed fortunã & deos, ac quẽuis potiꝰ quã seipsũ. fuisse autẽ vnũ de cœlestib. hũc aduenis, qui ante in bene cõstituta Republica vixisset, virtutis particeps, more quidem, non philosophia.

ἐμπιπτὸν εἰς τυραννίδας ἢ ἄλλας τοιαύτας πράξεις, πολλὰ μὲν ἐργάσηται καὶ αὐτὸς κακὰ, ἔλῃ δὲ αὖθις μείζω πάθῃ. ἀλλὰ γνῶναι μέσον ἀεὶ [τῶν τοιούτων βίων.] τὸν τοιοῦτον βίον αἱρεῖσθαι, καὶ φεύγειν τὸν ὑπερβάλλοντα ἑκατέρωσε, καὶ ἐν τῷδε τῷ βίῳ καὶ τὸ δυνατὸν, καὶ ἐν παντὶ τῷ ἔπειτα· ἄτῳ γὰρ δύδαιμονέστατος γίγνεται ἄνθρωπος. καὶ δὴ καὶ τότε ὁ ἐκεῖθεν ἄγγελος ἤγγελε, τὸν μὲν πρωφήτην ὧδε φάναι· καὶ τελευταίῳ ἐπιόντι, σοὶ νῦν ἑλομένῳ, σωτόνως ζῶντι, κεῖται βίος ἀζήμιος· καὶ μὴ κακὸς μήτε ὁ ἄρχων αἱρέσεως ἀμελείτω, μήτε ὁ τελευτῶν ἀθυμείτω· εἰπόντος δὲ ταῦτα, τὸν πρῶτον λαχόντα ἐφη δύῃς ἐπιόντα, τὸν μεγίστην τυραννίδα ἐλέσθαι, καὶ ὑπὸ ἀφροσύνης τε καὶ λαιμαργίας, ἅτε πάντα ἱκανῶς ἀναισκεψάμενον ἑλέσθαι· ἀλλ' αὖτὸν λαθεῖν ἐνόντα εἱμαρμένα παιδῶν αὐτῷ βρώσεις, καὶ ἄλλα κακά. ἐπειδὴ δὲ καὶ χολὴν σκέψασθαι, κύπλεσθαί τε καὶ ὀδύρεσθαι τὴν αἵρεσιν, ἅτε ἐμμένοντα τοῖς πρόρρησθεῖσιν ὑπὸ τῶ πρωφήτου. ἅτε γὰρ οὐκ αἰτιασάμενον τὸν κακὸν, ἀλλὰ τύχην τε καὶ [δαίμονα] δαίμονας, καὶ πάντα μᾶλλον αὐθ' ἑαυτῶ. εἶναι δὲ αὐτὸν τῶν ἐκ τῶ οὐρανῶ ἥκοντων, ἐν πεπαιδευμένῃ πολιτείᾳ ἐν τῷ προτέρῳ βίῳ βεβιωκότα, ἔθει αὐτὸν φιλοσοφίας, ἀρετῆς μεθέλητόν. ἅτε

ὡς δὲ καὶ εἰπεῖν, σὺν ἐλάττοσι εἶναι ἐν τοῖς τοιούτοις ἁλισκομένους τοὺς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἥκοντας, ἅτε πόνων ἀγυμνάστους. τῶν δὲ ἐπὶ τῆς γῆς τοὺς πολλούς, ἅτε αὐτούς τε πεπονηκότας, ἄλλους τε ἑωρακότας, σὺν ἐξ ἐπιδρομῆς τὰς αἱρέσεις ποιεῖσθαι; διὸ δὴ καὶ μεταβολὴν τῶν κακῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν, τὰς πολλὰς τῶν ψυχῶν γίγνεσθαι, καὶ ἀπὸ τοῦ κλήρου τύχειν. ἐπεὶ, εἴ τις ἀεὶ ὁπότε εἰς τὸν ἐνθάδε βίον ἀφικνοῖτο, ὑγιῶς φιλοσοφοῖ, καὶ ὁ κλῆρος αὐτῷ τῆς αἱρέσεως μὴ τελευταῖος πίπτοι. κινδυνεύει δ' ἐκ τῶν ἐκεῖθεν ἀπαγγελλομένων, ἐνθάδε δεῦρο μόνον εὐδαιμονεῖν αὖ, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐνθένδε ἐκεῖσε, καὶ δι' οὐρανοῦ πάλιν πορείαν, σὺν αὖ χθονίαν καὶ τραχεῖαν πορεύεσθαι. ἀλλὰ λείαν τε καὶ ὑράνιον. ταύτην γὰρ δὴ ἔφη τὴν θέαν ἀξίαν εἶναι ἰδεῖν, ὡς ἔκαστα αἱ ψυχαὶ ἡρῶντο τοὺς βίους. ἐλεεινόν τε γὰρ ἰδεῖν εἶναι, καὶ γελοῖον καὶ θαυμαστόν. κατὰ συνήθειαν γὰρ τοῦ προτέρου βίου τὰ πολλὰ αἱρεῖσθαι. ἰδεῖν μὲν γὰρ ψυχὴν, ἔφη, τὴν ποτὲ Ὀρφέως γενομένην, κύκνου βίον αἱρουμένην, μίσει τοῦ γυναικείου γένους, διὰ τὸν ὑπ' ἐκείνων θάνατον σὺν ἐθέλουσαν ἐν γυναικὶ γεννηθεῖσαν γενέσθαι. ἰδεῖν δὲ τὴν Θαμύρου, ἀηδόνα ἑλομένην. ἰδεῖν δὲ καὶ κύκνον μεταβαλόντα εἰς ἀνθρώπου γένεσιν, καὶ ἄλλα μουσικὰ ζῶα ὡσαύτως. τὸν δὲ τὸ τριακοστὸν λαχόντα ἐλθεῖν προελέσθαι λέοντος βίον, τὸν Αἴαντος τοῦ Τελαμῶνος, ἀνθρωπίνης φύσεως μεμνημένον τῆς ἐπὶ τῇ τῶν ὅπλων κρίσει. τὸν δὲ μετ' ἐκεῖνον ἀνθρώπου βίον αἱρούμενον, ἐκ τύχης ἐπὶ τὸν τῆς Ἀταλάντης ἐλθεῖν, ἰδόντα δὲ τὰς μεγάλας τιμὰς τὰς τῶν ἀθλητῶν, οὐκ ἐθέλειν παρελθεῖν, ἀλλὰ λαβεῖν. μετὰ δὲ τοῦτον ἰδεῖν τὸν τοῦ Ἐπειοῦ τοῦ Πανοπέως εἰς τέχνην γυναικὸς ἐμπεσόντα. καὶ πόρρω δὴ τὸν τοῦ Θερσίτου εἰς πίθηκον ἐνδυόμενον. καὶ τὸν Ὀδυσσέως ἔτι ὕστατον λαχόντα ἐλθεῖν προελέσθαι τὸν βίον, καὶ ἐπιλαθόμενον διὰ τὰ προτερήματα τὸν πρότερον ἀπιόντα περιιέναι τὸν ἄδοξον. μόλις δὲ καὶ τοῦτον εὑρεῖν, κείμενον ἀμελούμενον ὑπὸ τῶν ἄλλων, καὶ ἀγανακτοῦντα ὅτι μὴ πρῶτος ἐλήλυθεν. ἰδεῖν δὲ καὶ ἄλλα ζῶα ἐκ θηρίων εἰς ἀνθρώπους μεταβαίνοντα, καὶ ἐκ τῶν ἀνθρώπων εἰς ἄλογα, τοὺς μὲν ἀδίκους εἰς θηρία ἀγρια, τοὺς δὲ δικαίους εἰς ἥμερα, καὶ πάσας μίξεις μίγνυσθαι.

Ac ferme plures esse qui decipiantur in his, illos cœlestes aduenas, quippe inexercitatos laboribus. Plerosque autem terrenos, quippe qui & ipsi in laboribus versati sint, & versari alios viderint, impetu quodam non eligere. Itaque multas animas & malorum & bonorum mutationem reperire, in hac etiam sortis fortuna. Nam si quis in hanc vitam ingressus, rite philosophetur, & postea sors electionis non postrema illi obuenerit: is plane videtur, secundum hanc narrationem, non hic modo felix futurus, sed etiam hinc illo, & rursum huc, iter non terrestre, neque asperum, sed læue & cœleste facturus esse. Atque illud dignum visu fuisse memorabat spectaculum, quo quæque animæ modo vitas eligerent, cum esset & miserabile, & ridiculum, & admirandum. Electionem enim pleraſque fecisse de prioris vitæ consuetudine. Vidisse enim se animam quæ Orphei olim esset, oloris eligentem vitam, odio muliebris sexus: quod nollet, interfectus quondam a mulieribus, mulieris partu in lucem edi. Vidisse & Thamyræ, luscinię eligentem vitam. Vidisse & olorem, mutata

tata voluntate, humanã eligentem vitam. Itemq; alia similiter animalia, Musica nimirum. Quandam etiam sorte oblata animã, leonis elegisse vitã: eamq; fuisse Aiacis Telamonii, qui in memoria iudicii armorum, homo fieri nollet. Post hanc proximam Agamemnonis, quæ & ipsa humanũ ob miserias suas odisset genus, cõmutasse priorem vitam cũ aquilina. Inter medios autẽ illos sortẽ obtigisse Atalantæ: eamq; conspicatam magnos honores viri, qui athleta esse deberet, præterire nõ potuisse, sed arripuisse. Post hæc vidisse Epei F. Panopei animã, abeuntẽ in sexũ mulieris artificioſę. Lõge vero in vltimis vidisse ridiculi illius Thersitæ animã quæ simiũ indueret. Forte autem Vlyssis animę obueniſſe omniũ postremã sortẽ, eam que abiisse ad electionẽ: ac memoria laborũ veterũ ambitione liberatã, quæsiuisse diu oberrantẽ hominis priuati & incurioſi vitã: vixq; inuenisse iacentẽ alicubi, & ab aliis neglectã: dixisseque hac visa, idẽ facturã se fuisse, etiãsi primã sortẽ esset nacta: & libẽter illã accepisse: Sed & de aliis bestiis similiter in homines, & in sese abiisse: imꝓbas in feroces, ꝓbas in mites, fuisseq; mistiones mul-

βάλοντα εἰς ἀνθρωπίνην βίου αἵρεσιν, καὶ ἄλλα ζῷα μουσικὰ ὡσαύτως, ὡς τὸ εἰκός. τὴν δὲ λαχοῦσαν ψυχὴν, ἐλέαν λέοντος βίον· εἶναι δὲ τὴν αἴσαντος τελαμωνίου. φοβουμένην ἄνθρωπον γενέσθαι, μεμνημένην τῆς τῶν ὅπλων κρίσεως. τὴν δ' ἐπὶ τούτῳ, ἀγαμέμνονος· ἐχθραν δὲ καὶ ταύτην ἀνθρωπίνην γένεσις, διὰ τὰ πάθη, ἀπεδοκίμασαν βίον. ἐν μέσοις δὲ λαχοῦσαν τὴν ἀταλάντης ψυχὴν, καθιδοῦσαν μεγάλας τιμὰς ἀθλητοῦ ἀνδρὸς, ἃ δυνάσθαι παρελθεῖν, ἀλλὰ λαβεῖν. μετὰ δὲ ταύτην ἰδεῖν τὴν ἐπειοῦ τοῦ πανοπέως, εἰς τεχνικῆς γυναικὸς ἰοῦσαν φύσιν. πόρρω δ' ἐν ὑστάτοις ἰδεῖν τὴν τοῦ γελωτοποιοῦ θερσίτου, πίθηκον ἐνδυομένην. καὶ τύχην δὲ τὴν ὀδυσσέως λαχοῦσαν, πασῶν ὑστάτην αἱρησομένην ἰέναι, μνήμην δὲ τῶν προτέρων πόνων φιλοπμίας λελωφηκυῖαν, ζητεῖν τοῦ λοιποῦ χρόνον πολλὰ, βίον ἀνδρὸς ἰδιώτου ἀπράγμονος, καὶ μόλις εὑρεῖν κείμενόν τι· καὶ παρημελημένον ὑπὸ τῶν ἄλλων. καὶ εἰπεῖν ἰδοῦσαν, ὅτι καὶ αὖτις ἐπιθυμήσειεν καὶ τρόπον λαχοῦσα, καὶ ἀσμένως ἐλέαν, καὶ ὅτι τῶν ἄλλων δὴ θηρίων ὡσαύτως εἰς ἀνθρώπους ἰέναι, καὶ εἰς ἄλληλα· τὰ μὲν ἄδικα, εἰς τὰ ἄγρια· τὰ δὲ δίκαια, εἰς τὰ ἥμερα μεταβάλλοντα, καὶ πάσας μίξεις μίγνυσθαι.

ἐπειδὴ δ' οὖν πάσας τὰς ψυχὰς τοὺς βίους ᾑρῆσθαι, ὥσπερ ἔλαχον, ἐν τάξει προσιέναι πρὸς τὴν λάχεσιν ἐκείνην δ' ἑκάστῳ ὃν ἕλετο δαίμονα, τοῦτον φύλακα ξυμπέμπειν τοῦ βίου, καὶ ἀποπληρωτὴν τῶν αἱρεθέντων. ὃν πρῶτον μὲν ἄγειν [αὐτὸν] αὐτὴν πρὸς τὴν κλωθὼ, ὑπὸ τὴν ἐκείνης χεῖρά τε καὶ ἐπιστροφὴν τῆς τοῦ ἀτράκτου δίνης, κυροῦντα ἣν λαχὼν εἵλετο μοῖραν. τούτης δ' ἐφαψάμενον, αὖθις ἐπὶ τὴν τῆς ἀτρόπου ἄγειν νῆσιν, ἀμετάστροφα τὰ ἐπικλωθέντα ποιοῦντα. ἐντεῦθεν δὴ ἀμετάστρεπτοι ὑπὸ τὸν τῆς ἀνάγκης ἰέναι θρόνον. καὶ δι' ἐκείνου διεξελθόντα, ἐπειδὴ καὶ οἱ ἄλλοι διῆλθον, πορεύεσθαι ἅπαντας εἰς τὸ τῆς λήθης πεδίον, διὰ καύματός τε καὶ πνίγους δεινοῦ. καὶ γὰρ εἶναι αὐτὸ κενὸν δένδρων τε, καὶ ὅσα γῆ φύει. σκηνᾶσθαι οὖν σφᾶς ἤδη ἑσπέρας γιγνομένης παρὰ τὸν ἀμέλητα ποταμὸν, οὗ τὸ ὕδωρ ἀγγείου οὐδὲν στέγει. μέτρον μὲν οὖν τι τοῦ ὕδατος πᾶσιν ἀναγκαῖον εἶναι πιεῖν. τοὺς δὲ φρονήσει μὴ σωζομένους, πλέον πίνειν τοῦ μέτρου. τὸν δὲ ἀεὶ πίοντα, πάντων ἐπιλανθάνεσθαι. ἐπειδὴ δὲ κοιμηθῆναι, καὶ μέσας νύκτας γενέσθαι, βροντήν τε καὶ σεισμὸν γενέσθαι, καὶ ἐντεῦθεν ἐξαπίνης ἄλλον ἄλλῃ φέρεσθαι, ἄνω εἰς τὴν γένεσιν ἄττοντας, ὥσπερ ἀστέρας.

tiplices. Iam vero vitis captis, cum legissent singulæ sortito, accessisse animas ordine ad LACHESIM: eamque singulis electum GENIVM addidisse, vitæ custodem, & electionis consummatorem. Quem duxisse quanq; primum ad CLOTHO, subter illius manum & turbinis fusi conuersionem, electũ post sortẽ fatum cõfirmantem. Deq; huius cõtactu deinde animã ad ATROPI duxisse filum, vt fierent irrecõuersa ea quę Clotho sanxisset. Hinc abiisse recta sub NECESSITATIS SOLIVM: perq; illud transgresso hoc, itemq; aliis, vniuersos per feruorem & æstũ horribilẽ deuenisse in Obliuionis campum, plane nudum ab arboribus, atq; aliis quæ de terra nascũtur. Tẽtoria igitur posuisse, cum iam vespera esset, ad fluuium INCVRIVM: cuius nullũ vas aquam continet. certam autem illius mensuram ebibere, necesse omnibus esse. at eos, quos prudentia nõ conseruarit, bibere etiam amplius. Sed vt quisque biberit, obliuisci mox omnium. Cum vero iam obdormiissent, & noctis mediæ tempus esset, tonitru exstitisse, & terræmotum. Indeque repente alium alio sublatum, discurrentes ad generationem velut stellas.

Se

Se autem bibere illã aquam fuisse prohibitum. verum qua ratione, quove modo in corpus redierit, plane nescire: sed repente oculis apertis, vidisse mane in rogum se impositum. Hæc fabula, ô Glauco, conseruata est, & non periit. Nosque facile conseruarit, si illi parere voluerimus: sique & Obliuionis fluuium rite transierimus, neque animam polluerimus. Quare mihi quæso, credamus: & in persuasione non modo immortalem esse animam, sed nihil etiam esse neque mali neque boni, quod illa non sustinere possit, sursum ducentem viam semper teneamus: iustitiæque vna cum prudentia omnibus modis studeamus, vt & ipsi, & dij adeo nos ament: vtque cum hic in hac vita remanentes,

αὐτὸς δὲ, ὃς μὴ ὕδατος κωλυθῆναι πιεῖν. ὅπῃ μὲν οὖν καὶ ὅπως εἰς τὸ σῶμα ἀφίκηται, οὐδὲν εἰδέναι, ἀλλ' ἐξαίφνης ἀναβλέψας ἰδεῖν ἑωθεν αὐτὸν ἤδη κείμενον ἐπὶ τῇ πυρᾷ. καὶ ὅς, ὦ γλαύκων, μῦθος ἐσώθη, καὶ οὐκ ἀπώλετο καὶ ἡμᾶς ἂν σώσειεν, ἂν πειθώμεθα αὐτῷ, καὶ τὸν τῆς λήθης ποταμὸν οὐ διαβησόμεθα, καὶ τὴν ψυχὴν οὐ μιανθησόμεθα. ἀλλ' ἂν ἐμοὶ πειθώμεθα, νομίζοντες ἀθάνατον τὴν ψυχὴν καὶ δυνατὴν, πάντα μὲν κακὰ ἀνέξεσθαι, πάντα δὲ ἀγαθὰ τῆς αὖ ὁδὸν ἀεὶ ἰξόμεθα, καὶ δικαιοσύνῃ μετὰ φρονήσεως παντὶ τρόπῳ ἐπιτηδεύσομεν· ἵνα καὶ ἡμῖν αὐτοῖς φίλοι ὦμεν, καὶ τοῖς θεοῖς· καὶ ἔτι μένοντες οἰκεῖδε, καὶ ἐπειδὰν τὰ ἆθλα αὐτῆς κομιζώμεθα ὥσπερ οἱ νικηφόροι, εὖ διαπραττόμενοι, καὶ οἰκεῖδε καὶ ἐν τῇ χιλιετεῖ πορείᾳ [λοιπῇ] διελαυνόμεν καὶ πράττωμεν.

tum vbi iam quasi victores præmia illius consecuti erimus, perfecto & huius & illius millenum annorum spatii cursu, beati simus.

XENOPHON

ἀπομνημονευμάτων, Lib. 2.

HÆC G. BVDÆVS AD HVNC MODVM INTERPRETATVS est, in libello De studio instituendo.

Φησὶ Πρόδικος, ἡρακλέα, ἐπεὶ ἐκ παίδων εἰς ἥβην ἐφοίτα, ἐν ᾗ οἱ νέοι ἤδη αὐτοκράτορες γιγνόμενοι δηλοῦσιν, εἴτε τὴν δι' ἀρετῆς ὁδὸν τρέψονται ἐπὶ τὸν βίον, εἴτε τὴν διὰ κακίας, ἐξελθόντα εἰς ἡσυχίαν, καθῆσθαι, ἀπορεῖν ὁποτέραν τῶν ὁδῶν τράπηται. καὶ φανῆναι αὐτῷ δύο γυναῖκας προϊέναι μεγάλας· τὴν μὲν ἑτέραν εὐπρεπῆ τε ἰδεῖν καὶ ἐλευθέριον φύσει, κεκοσμημένην τὸ μὲν σῶμα καθαρότητι, καὶ ὄμμασι αἰδοῖ, τὸ δὲ σχῆμα σωφροσύνῃ, ἐσθῆτι δὲ λευκῇ. τὴν δ' ἑτέραν τεθραμμένην μὲν εἰς πολυσαρκίαν τε καὶ [ἁπαλότητα,] ἁβρότητα, κεκαλλωπισμένην δὲ τὸ μὲν χρῶμα, ὥστε λευκοτέραν τε καὶ ἐρυθροτέραν φαίνεσθαι δοκεῖν ἢ ὄντα· δοκεῖν φαίνεσθαι. τὸ δὲ σχῆμα, ὥστε δοκεῖν ὀρθοτέραν τῆς φύσεως εἶναι· τὰ δὲ ὄμματα ἔχειν αὐξανομένην· ἐσθῆτα δὲ, ἐξ ἧς αὖ μάλιστα ἄνθος ἀφλάμποι. καταστηματι δ' ἄμφω ἐχρήσθην. ἐπισκοπεῖν δὲ, καὶ εἴπις ἄλλος αὐτὴν θεᾶται· πολλαχοῦ

HErculem Prodicus ille doctus scripsit, cũ primum pubesceret (quod tẽpus a natura, ad eligendum quam quisque viam viuendi sit ingressurus, datũ est) exiisse in solitudinẽ, atq; ibi sedentẽ, diu multũq; dubitasse, cũ duas cerneret vias, vnã Voluptatis, alterã Virtutis, vtrã ingredi melius esset? Interim autẽ ipsi fœminas duas apparuisse statura grandes: alteram aspectu decenti, liberalique ingenio, ornatu corporis nitido, pudorem in aspectu præferentem, & modestiam in gestu, veste candida indutam: alteram corpulentioris habitudinis, & simpliciter educatam, ornatu exquisito cultam: sic arte coloratam, vt & candorẽ cutis & ruborem maiores veris ementiretur: in motu corporis atq; habitu ita affectã, vt procerior appareret, quã ferebat natiua magnitudo: oculis etiã expassis: tum ea veste indutam, quæ maximum corporis decorem efficeret: interim seipsam oculis circumactis perlustrantem, identidemque aspectantẽ, ecquis in se oculos conuerteret, atque

atq; vmbrā ſuā obſeruantē. Quę cū iā ꝓpius Herculem acceſſiſſet, illā alterā ſupra dictā pariter ꝓgredi inſtitiſſe: verū hāc anteuertere illi volentē, curſu ad Herculem veniſſe, atq; his verbis loqui cœpiſſe: Video te Hercules addubitantē, q̄ viā tandē ineas vitę, qui ſi me amica atque auctore vti tibi perſuaſeris, ego te in viā iucundiſſimā ſimul & facilimā ducā, & oblectabiliū quidē rerum omniū impertiā tibi guſtū: grauiū autē rerū omniū ad extremū vſq; faciā te expertē. Iam primū bellorū negotiorūq; cura vacabis, in eaq; demū cogitatione tute verſabere, conſiderandū in primis vt habeas, quid cibi, q̄d potus inuenias ꝙ tibi gratiſſimū ſit, quid oculos tuos oblectet, quid tactū, quid olfactū, tibi ſit iucūdiſſimum: quib. amorib. genio tuo indulgere, quonā modo molliſſime dormire, qua ratione omnib. perfrui voluptatib. nulloq; negotio poſſis. Caue vero in mentē tibi veniat, periculū eſſe ac metuēdum tibi, ne quando in deſideriū incidas earū rerum, vnde hæc quæ dixi ſuppeditari ſolēt. Veto te hæc vereri. Nequaquam enim ad vitā te ducā laboris ac ærumnæ tolerantē aut animo aut corpore, vt inde ſuauitates huiuſcemodi ſuppetere tibi poſſint. Et quidē cū alienis fruere laborib. tū ab re nulla temperabis, vnde capturæ quippiā accedere poſſe videatur.

λάκις ἢ κὴ εἰς τὸν ἑαυτῆς σκιὰν ἀποβλέπειν. ὡς δ' ἐχώρει τὸν ἕτερον ἡρακλέης, τὸν μὲν πόθεν ῥηθεῖσαν ἰέναι τὴν αὐτὴν τρόπον. τὸν δ' ἑτέραν φθάσας, βουλομένῳ ποσοδραμεῖν τῷ ἡρακλεῖ, κὴ εἰπεῖν· ὁρῶ σε, ὦ ἡράκλεις, ἀπορέοντα ποίαν ὁδὸν ἐπὶ τὸν βίον τράπῃ. ἐὰν ἢν ἐμὲ φίλον ποιησάμενος, ἐπὶ τὸν ἡδίστην κὴ ῥᾴστην ὁδὸν ἄξω σε, κὴ τὸ μὲν πρῶτον ἡδέως ἄγευστον ἔσῃ, τὸ δ' ὕστερον ἀπείρητος ἀλγηδόνων· πρῶτον μὲν γὰρ, ἐκ πολέμων, ἐκ πραγμάτων φροντὶς, ἀλλὰ σκοπούμενος διέσῃ, τί ἂν κεχαρισμένον, ἢ σῖτον ἢ ποτὸν εὕροις, ἢ τί ἂν ἰδὼν τερφθείης, ἢ τίνων ὀσφραινόμενος ἢ ἁπτόμενος ἡσθείης. τίσι δ' κωφὸν ἀκροάσαιο λόγοις ὁμιλῶν, μᾶλις' ἂν δύφραντο θείης; κὴ πῶς ἂν μαλακώτατα καθεύδοις, κὴ πῶς ἂν ἀπονώτατα τούτων πάντων τυγχάνοις. ἐὰν δέ ποτε ἐρήμηταί τις ὠφελία [ἀτάνιος.] ἀτανίως ἀφ' ὧν ἔσῃ τοῦτο, ἐφόβου, μή σε ἀγάγω ἐπὶ τὸν πονοῦντα κὴ παλαιπωροῦντα τῷ σώματι κὴ τῇ ψυχῇ ταῦτα ποιεῖζοδς, ἀλλ' οἷς ἂν οἱ ἄλλοι ἐργάζονται, τούτοις σὺ χρήσῃ, ἡδέως ἀπιχάρμου, ὅθεν ἂν δυνατὸν ἢ τι κερδαίνοις.

παντα χόθεν γὰρ ὠφελεῖας τοῖς ἐμοὶ ξυοῦσιν, ἐξουσίαν ἔσωγε παρέχω. καὶ ὁ ἡρακλεὶς ἀκούσας ταῦτα, ὦ γυναῖ, ἔφη, ὄνομα δέ σοι τί ἐστιν; ἢ ὅς, οἱ μὲν ἐμοὶ φίλοι, ἔφη, καλοῦσί με Εὐδαιμονίαν. οἱ δὲ μισοῦντές με κακοηθιζόμενοι, ὀνομάζουσίν με Κακίαν. καὶ ἐν τούτῳ ἡ ἑτέρα γυνὴ προσελθοῦσα εἶπεν· καὶ ἐγὼ ἥκω πρὸς σέ, ὦ ἡράκλεις, [ἡ δὲ ἀτὰρ τοῦτε] εἰδυατὰς γὰρ γιγνώσκουσί σε, καὶ τὴν φύσιν τὴν σὴν ἐν τῇ [παιδίᾳ] παιδείᾳ καταμαθοῦσα, ἐξ ὧν ἐλπίζω, εἰ τὴν πρὸς ἐμὲ ὁδὸν τράποιο, σοφόν σ' ἂν τῶν καλῶν τε καὶ σεμνῶν ἐργάτην ἀγαθὸν γενέσθαι. καὶ ἐμὲ ἔλκει πολὺ ἐντιμωτέραν καὶ ἐπ' ἀγαθοῖς λαμπροτέραν φανῆναι. σοὶ ἐξαπατήσω δέ σε πρὸς τοιμίοις ἡδονῆς, ἀλλ' ἧπερ οἱ θεοὶ διέθεσαν, τὰ ὄντα διηγήσομαι μετ' ἀληθείας. τῶν γὰρ ὄντων ἀγαθῶν καὶ καλῶν, οὐδὲν ἄνευ πόνου καὶ ἐπιμελείας θεοὶ διδόασιν ἀνθρώποις. ἀλλ' εἴτε τοὺς θεοὺς ἱλέως εἶναι σοι βούλει, θεραπευτέον τοὺς θεούς· εἴτε ὑπὸ φίλων ἐθέλεις ἀγαπᾶσθαι, τοὺς φίλους εὐεργετητέον· εἴτε ὑπό τινος πόλεως ἐπιθυμεῖς τιμᾶσθαι, τὴν πόλιν ὠφελητέον· εἴτε ὑπὸ τῆς ἑλλάδος πάσης ἀξιοῖς ἐπ'

Quippe huiuſmodi licentiã ſectatoribus meis largior, vt cõmoda ſua comparent vndiq;, & augeant. Quæ cum Hercules audiſſet: Quodnã autem mulier, inquit, nomẽ tibi eſt? Tum illa: Amici (inquit) mei, Felicitatẽ: at qui me oderunt, vim huius vocabuli volẽtes imminuere, me appellant Inertiam. Interea mulier illa altera accedẽs: Ego quoq; ipſa (inquit) ad te Hercules venio, vt quę & parẽtes tuos nouerim, & tuum ingenium ad percipiendam inſtitutionẽ meam: ſperoq;, ſi viã ad me ferentẽ tute ingrediare, futurum te ſane ſtrenuũ actorẽ honeſtarum rerũ atq; grauiũ, indeq; honoratiorẽ me ipsã viſum iri, atq; bonã in partem inſignioremm. Cæterum nequaquam exſpectes, vt fucum tibi faciam exordiorum concinnitate voluptuaria. nam vt dii ſtatuerunt, ita rerum veritatem ſimpliciter commemorabo. Atqui eorum quæ bona & honeſta ſunt, nihil dij citra laborem ipſi, & curam, hominibus dare ſolent: quos quidem ipſos ſi tibi propitios eſſe cupis, dij tibi colendi ſunt ipſi. Si ab amicis amari, amici quoque beneficiis emerendi ſunt. Sin in ciuitate aliqua honorem tibi haberi, vtilem te præbere ciuitati illi oportet. Quod ſi per vniuerſam Græciam animus fert

admirationem

admirationem tui ciere, ipsa tibi Græcia quodam est afficienda beneficio. Porro autem, si terram abunde tibi fruges fundere vis, ipsa tibi terra excolēda est. Et si a negotiatione pecuaria facere rem atq; augere instituisti, ipsa tibi pecora diligenter accuranda sunt. Sin impetum cœpisti bellicis ex rebus fastigium tuum attollendi amicis tuis in libertatem asserendis, inimicis seruituti mancipandis, cum ira tibi visum fuerit: vtique faciendum tibi est vt artes militares ediscas ab iis, qui eas docere idonei sunt, & apti: earumque vsum cum didiceris, vtexercitatione confirmes: Postremo si in animo tibi est athleticam corporis firmitatem comparare, corpus est tibi seruituti animi assuefaciendū, laboribusq; & sudore exercendū. Cuius sermonē Inertia excipiens, apud Prodicū: Animaduertis (inquit) ô Hercules, quā molestā tibi viā, & quā longā ad gaudia, mulier ista tibi expostuerit? At ego vero & prona te via, & breui ad felicitatē perductura sum. Tū Virtus: O misera tu (inquit) quid boni tandē habes? imo vero ecquid omnino ipsa suauitatis nosti? num tu harum parandarum ergo agere quicquam sustines, quæ ne iucundorum quidem desideriū cupiditatemq; exspectes? desiderio vero anteuertēs, expleri omnib. iis solita sis? antequā esuris, cibū sumēs: priusquā sitis, bibens: & vt suauiter epuleris, eduliorum artifices

δέεται ἢ φαυμάζεσθαι, πῶ ἑλλάδα πειρατέον ὠφελεῖν; εἶτε πῶ ἐμῶ θεραπευτέον; εἶτε ἀπὸ βοσκημάτων οἵει δεῖν πλουτίζεσθαι, τῶν βοσκημάτων ἐπιμελητέον; εἶτε δεῖ πολέμου ὁρμᾶς αὔξεσθαι, καὶ βέλει δυνάσθαι τοὺς τε φίλους ἐλευθεροῦν, καὶ τοὺς ἐχθροὺς χειροῦσθαι ἐθὰς πολεμικὰς τέχνας παρὰ τῶν ἐπισταμένων μαθητέον, καὶ ὅπως αὐτοῖς δεῖ χρῆσθαι ἀσκητέον. εἰ δὲ τῷ σώματι βέλει δυνατὸς εἶναι, τῇ γνώμῃ ὑπηρετεῖν ἐθιστέον τὸ σῶμα, & γυμνασέον σὺ πόνοις καὶ ἱδρῶτι. καὶ ἡ Κακία ὑπολαβοῦσα εἶπεν, ὡς φησὶ παρόδικος· σὺνοεῖς ὦ ἡράκλες, ὡς χαλεπὴν καὶ μακρὰν ὁδὸν ἐπὶ τὰς εὐφροσύνας ἡ γυνή σοι αὕτη διηγεῖται; ἐγὼ δὲ ῥᾳδίαν καὶ βραχεῖαν ὁδὸν ἐπὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἄξω σε. καὶ ἡ Ἀρετὴ εἶπεν· ὦ τλῆμον, τί δὲ σὺ ἀγαθὸν ἔχεις, ἢ τί ἡδὺ οἶδα, μηδὲν τούτων ἕνεκα πράττειν ἐθέλουσα; ἢ τίς οὐδὲ τὴν τῶν ἡδέων ἐπιθυμίαν ἀναμένουσ', ἀλλὰ πρὶν ἐπιθυμῆσαι, πάντων ἐμπίπλασαι· πρὶν μὲν πεινῆν ἐδιοῦσα, πρὶν δὲ διψῆν πίνουσα· ἵνα μὲν ἡδέως φάγῃς, ὀψοποιοὺς

μηχανωμένη. ἵνα δὲ ἡδέως πίνῃς, οἴνους τε πολυτελεῖς παρασκευάζῃ, καὶ τοῦ θέρους χίονα ἀφειδέως ζητεῖς. ἵνα δὲ καθυπνώσῃς ἡδέως, οὐ μόνον τὰς στρωμνὰς μαλακὰς, ἀλλὰ καὶ τὰς κλίνας, καὶ τὰ ὑποβαθρα τὰς κλίνας παρασκευάζεις; οὐ γὰρ ἵνα τὸ πονεῖν, ἀλλὰ ἵνα τὸ μηδὲν ἔχειν ὃ, τι ποιεῖς, ὕπνῳ ἐπιθυμεῖς. τὰ δ' ἀφροδίσια, ὡς τῷ δέεσθαι ἀναγκάζεις, πάντα μηχανωμένη, καὶ γυναιξὶ καὶ ἀνδράσι χρωμένη· ἵνα γὰρ παιδεύεις τὰς ἑαυτῆς φίλας, τῆς μὲν νυκτὸς ὑβρίζεσθαι, τῆς δ' ἡμέρας τὸ χρησιμώτατον καταπαιγιμίζουσα. ἀθάνατος δὲ οὖσα ὑπὸ θεῶν μὲν ἀπέρριψαι, ὑπὸ δὲ ἀνθρώπων ἀγαθῶν ἀπιμᾷζη. ὃ δὲ πάντων ἡδίστου ἀκούσματος ἐπαίνου ἑαυτῆς ἀνήκοος εἶ, καὶ ὃ πάντων ἡδίστου θεάματος ἀθέατος. οὐδὲν γὰρ πώποτε σωφρονῆς ἔργον καλὸν τὸ θέασαι. τίς δ' αὖ σοι λεγούσῃ πίστιν δώσει; τίς δ' αὖ δεομένῃ τινὸς ἐπαρκέσειεν; ἢ τίς αὖ σὺ φρονῶν ὃ σοῦ διάσου πολμήσειεν εἶναι; οἱ νέοι μὲν ὄντες, τοῖς σώμασιν ἀδυνατοί εἰσι. πρεσβύτεροι δ' ἤδη γιγνόμενοι, ταῖς ψυχαῖς ἀνόητοι. ἀπόνως μὲν honestum. [*Hactenus Budæus. Reliqua Bessario conuertit, hoc modo.*] Quis igitur, cum aliquid dicas, crederet tibi? aut cum indigeas, quicquam tibi præstaret? Aut quis suæ compos mentis voluerit inter tuos connumerari, qui in iuuentute quidem corporibus debiles, in senio vero amentes efficiuntur? cum

exquiris: vt bibas item suauiter, vina pretiosa coemens: æstate (si diis placet) vndique niuem expetens: iam vero iucunde vt sopiare, non molles modo lectos sternendos tibi locas, sed lecticas etiam ipsas molliculas, earumque scamna facienda tibi mollia curas: nimirum quæ non somni laborisque vicissitudine instituueris vti, sed idcirco dormire, quia nihil aliud habeas potius quod facias: tum venerem ignauam exquisitis machinamentis cieas, suapte vi immotam. En quæ tui discere ex te amici cupiant, vt per lasciuiam noctes, diei optimam partem per soporem exigant. Quocirca immortalis cum esses, ex deorum curia ejecta es: a mortalibus quoque despecta, qui probitate censentur. denique orbata simul acroamate iucundissimo, laudari te vt nunquam audieris: simul spectaculo sane visendo, nũquam vt opus aliquod tuũ spectaris aut pulcrum, aut

adolescentiam

adoleſcentiam cum pigritia in delitiis peragant, in ſenio autem multis laboribus & infirmitatibus confringantur: quique verecundati ſuper his quæ egerunt, non tamen minus ſuper his quæ agunt grauantur: tanquam qui in iuuentute omnibus voluptatibus affecti, in ſenectutem ſibi omnia moleſta ſeruarunt. Ego vero ſum quidem cum diis, adſum vero bonis hominibus: nihilque operis boni, neque diuini, neq; humani, ſine me fieri poteſt: magiſque alijs omnibus, & apud deos, & apud homines optimos, honoribus fruor. Etenim deſiderata cooperatrix artificibus ſum, fida domorũ dominis cuſtos, beneuola famulis patrona, operum quæ pacis ſunt bona coadiutrix, bellicorum vero firmiſſima ſocia, amicitiæ optima conſors. Ad hæc autem, meis neceſſariis ſuauis atque prõta cibi potuſq; fruitio eſt: exſpectant enim, quouſq, alia deſiderẽt. Somnus autem voluptuoſior illis, quam otioſis euenit: & neque excitati moleſte ferunt, neque ab illo detenti, quæ agenda ſunt, negligunt. Iuniores autem gaudẽt ſeniorũ laudibus: ſeniores vero lætantur iuniorũ honorib. Res quoq; geſtas a priſcis iucundiſſime memoria repeten-

λιπαρῶ δ' ἀπὸ νεότητος περιφόμενοι, ἐπιπόνας δὲ ἀχμενῶ δ' ἀπὸ γήρως παρῶντες, τοῖς μὲν πεπραγμένοις αἰσχυνόμενοι, τοῖς δὲ πραττομένοις βαρυνόμενοι, τὰ μὲν ἡδέα ἐν τῇ νεότητι διαφθείροντες, τὰ δὲ χαλεπὰ εἰς τὸ γῆρας ἀποφέροντες. ἐγὼ δ' εἰμὶ μὲν θεοῖς, εἰμὶ δ' ἀνθρώποις τοῖς ἀγαθοῖς. ἔργον δ' καλὸν ἔστε θεῖον, ἔστε ἀνθρώπινον χωρὶς ἐμοῦ γίγνεται; ἐμοῦ μὲν δ' μάλιστα πάντων καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρὰ ἀνθρώποις οἷς τιθέμεθα· ἀγαπητὴ μὲν γὰρ συνεργὸς τεχνίταις, πιστὴ δὲ φύλαξ οἰκίων δεσπότας. σύμμαχος δὲ πατρικὴ οἰκέτας, ἀγαθὴ δ' συλλήπτρια τῶν ἐν εἰρήνῃ πόνων, βεβαία δ' τῶν ἐν πολέμῳ σύμμαχος ἔργων, ἀρίστη δὲ φιλίας κτήνωνός. ἐστὶ δ' τοῖς μὲν ἐμοῖς φίλοις, ἡδεῖα μὲν καὶ ἀπὸ ἀγμῶν σίτων καὶ ποτῶν ἀπόλαυσις. αὐέχονται γὰρ ἕως αὐτὰ ἐπιθυμήσωσιν αὐτῶν. ὕπνος δ' αὐτοῖς πάρεστιν ἡδίων, ἢ τοῖς ἀμόχθοις· καὶ ἔστε ἀπολιπόντες αὐτὸν ἄχθονται, ἔστε δὲ τὸν μεθιᾶσι τὸ δέον ἀπράττειν. ὁ δὲ μὴ νέοι τοῖς τῶν πρεσβυτέρων ἐπαίνοις χαίρουσι· οἱ δ' γεραίτεροι, τοῖς τῶν νέων ὑμνοῖς ἀγάλλονται, καὶ ἡδέως μὲν τῶν παλαιῶν πράξεων μέμνηνται. οὗ δὲ

ἐκ παρόσας ἡδονὰς πράττοντες, δι' ἃς καὶ φίλοι μᾶλλον θεοῖς ὄντες, καὶ φίλοις ἀγαπητοὶ δὲ φίλοις, τιμιοι ἢ πατρίσιν. ὅτ' αὖ δ' ἔλθῃ τὸ πεπρωμένον τέλος, οὐ μετὰ λήθης ἄτιμοι κεῖνται, ἀλλὰ μετὰ μνήμης τὸν ἀεὶ χρόνον ὑμνούμενοι θάλλουσι. τοιαῦτά σοι ὦ παῖ τοκέων ἀγαθῶν Ἡράκλεις, ἔξεστι πόνῳ σωφρονοῦντι, τὸν μακαριστὸν δαιμονίαν κτᾶσθαι.

do, non minori cum iucunditate res eis præsentes peragunt: quas ob res diis amati, desiderati amicis, honorabiles patriis efficiuntur. Cum vero fatis datus finis peruenerit, non obliuioni traditi sine honoribus iacent: sed memoria hominum commendati, in æternum florent. Hæc, ô Hercules, inquit, bonorum parentum fili, sudoribus licet exercendo beatissimam felicitatem habere.

FINIS.

HIERO-

HIERONYMI WOLFII ANNOTATIONES IN ENCHIRIDION EPICTETI.

ANNOTATIO In Caput I.

PRAETER Angeli Politiani, & Thomæ Naogeorgi, doctissimorum virorum conuersiones, in Opusculi huius interpretatione quinque codicibus Græcis sum vsus: duobus Basileæ, totidemque Venetiis, sed nec eodem tempore, nec in eadem officina editis: & vno Argentinensi. quorum neque distinctio capitum est eadem, & lectio nonnullis in locis variat. quæ (si quid momenti habere visa fuerint) annotare visum est, vt quid in conuertendo sim secutus, non ignoretur. Declarabimus etiam paulo accuratius ea vocabula, quæ vt in hoc Opusculo subinde recurrunt, ita totius doctrinæ Stoicæ fundamenta continent. Sumus autem ea distinctione capitum vsi, quæ lectoris & meditationi & memoriæ commodatura videbatur.

ἐφ' ἡμῖν ἐστιν ὑπόληψις. *In nostra potestate est opinio.*] Negat hoc Homerus, quum, Cicerone interprete, scribit:

Tales sunt hominum mentes,
quali pater ipse
Iuppiter auctiferas lustrarit
lampade terras.

Homeri versus sic habent:

Τοιὸς γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων
ἀνθρώπων,
Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγησι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Sed hunc scrupulum Simplicius eixmit.

οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ, τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις, δόξαι, ἀρχαί. *In nostra potestate non sunt, corpus, possessio.*] Nemo negabit opinor, non esse nostri arbitrij, vt perpetuo valeat, nec vllo incommodo afficiatur corpus. Nam alioqui ægrotaret, mutilaretur, moreretur nemo. Etsi enim quidam apud Plinium sponsionem cum Fortuna fecisse legitur, si vnquam ægrotasset: nihilominus tamen lapsu scalarum interiit.

Masiniſſam & Cyrum, robuſtiſſimos reges, longa ætas exſtinxit. Iam ſi diuitiæ, gloria, imperia, cæteraque nobis in manu eſſent: quis egeret, male audiret, ſeruiret? Quis cara vxore, liberis, amicis orbaretur? Hoc igitur extra controuerſiam eſt, non eſſe iſta noſtri iuris. Illud vero cui perſuaderi poteſt, cum noſtra non ſint, ne iacturam illorum moleſtiſſime feramus? Ne iis ereptis, vim & iniuriam nobis eſſe factam opinemur? Tanta eſt inconſtantia & peruerſitas. Occurritur autem Epicteto, Natura nobis eſſe inſitum talium rerum amorem: nec poſſe fieri, quin iis amiſſis doleamus. At viciſſim rogabit Epictetus: Annon illud etiam natura ferat, vt ſępe illa amittamus? an repugnare in eo naturæ, ſit viri boni & ſapientis? Fruſtra pręſertim, & vltro augere ſibi moleſtias, quæ animi æquitate minuendæ erant? Opponimus ſcilicet philoſophis non firmiores rationes, ſed affectus noſtros & prauam cōſuetudinem: pro quibus tanquam pro aris & focis, & monumentis maiorum pugnamus: maiorene ſtultitia dicam, an calamitate? Quod ſi dies adimit hominibus ęgritudinem: recta ratio cur non adimat? Cur exempla vulgi, quam virorum fortium & ſapientum ſequi malumus? At id quoque Natura fert, vt ipſa aſſuetudo moleſtiam leniat. vnde poeta:

χρόνος μαλάξει, νυῦν δ' ἔτ' ἦν ἠπίως ἔχοι κακῶν.

Malum viget iam, lenietur tempore.

Eſto: ſed cur non, vt ſeruulo Comico, ita & nobis meditata omnia mala noſtra ſunt, vt ne quid animo ſit nouum? Nam & hoc docet Epictetus, & docuerunt olim multi, nec obtemperaſſe quenquam pœnituit. Annon & diuus Paulus monet, ita eſſe vtendum mundo, quaſi non vtamur? Nec habitandi, ſed commorādi locum hic nobis eſſe datum? Sed hæc alibi commodius. Illud non alienum fuerit, verba quæ obſcuriora videntur, quæque ſubinde recurrunt in hoc Opuſculo, declarare.

ἐφ' ἡμῖν μὲν ὑπόληψις, ὁρμὴ, ὄρεξις, ἔκκλισις. *In noſtra poteſtate ſunt, opinio, appetitio, deſiderium, declinatio.*]

ὑπόληψις eſt opinio, ſententia, perſuaſio, iudicium, id quod de quaq; re ſentimus: vt, mortem & morbum eſſe malum,

malum, diuitias & voluptates expetendas esse, fugiendum esse flagitium & dedecus, philosophiam mederi animis. ὁρμὴν Cicero alias appetitionem, alias appetitum seu appetitionem animi, alias motum animi interpretatur. Polirianus conatum vertit. ὄρεξιν appetitum. ἀφορμὴ huius contrarium est, auersatio, cum animus abhorret a re aliqua. Hinc ὁρμᾶν καὶ ἐφορμᾶν, appetere, inclinare animo ad aliquid: ἀφορμᾶν, auersari, abhorrere. Peculiarem enim hæc verba vsum habent apud Stoicos. Est & ὄρεξις appetitus: sed Cicero βούλησιν, εὔλογον ὄρεξιν exponit, volũtatem quæ quid cum ratione desideret. Quare ὄρεξιν (ne vocabulorũ numerus immi-nueretur) desiderium verti. ἔκκλισιν idem, declinationẽ a malis, declinationẽ laboris & periculi, dixit. Simplicius hunc ordinẽ tradit: Cũ quid bonum aut malũ iudicemus, omnino commoueri declinationẽ aut appetitionẽ: subsequi vero ὁρμὴν, quã animi concitationẽ, approbantis aut improbãtis, prosequentis aut auersantis aliquid, definit. αἵρεσις est optio vel appetitio, cum Cicero τὸ αἱρετὸν optabile & rem expetendã vertat. προαίρεσιν Simplicius ἄλλα ἄλλου αἵρεσιν esse dicit, cum alia aliis præferuntur. Quo vno verbo cõmode queat exprimi,

Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est.

Barbari prǫelectionẽ, alij delectũ, alij ꝓpositum, alij institutum, alij voluntatẽ, alij consiliũ interpretãtur. Nos, vt quimus, quando vt volumus licet. Omnino difficile est cum Græcis, præsertim Stoicis, certare verborũ copia & proprietate. Quare veniã ab æquis lectoribus impetratam velim, sicubi Epicteto & acerrimis eorum iudiciis nõ satisfeceriimus. Sæpe enim, eruditis scriptoribus facile est varia vocabula congerere: sed eadem distinguere, grammatico aut interpreti non perinde promtum. Imo (si, quod sentio, dicendum est) ipsi auctores sæpe riderent & grammaticos & interpretes, qui earum rerum distinguendarum solicita cura tenerentur, quas ipsi aut ostentandæ copiæ, aut rei inculcandæ gratia congessissent.

ὅσα ἡμέτερα ἔργα. *Quaeunque nostra actiones.*]ἔργον Ciceroni est alias opus, alias res, alias opera, alias difficultas. Ego hic ἔργον intelligo,

non munus officij, τὸ καθῆκον, in qua significatione læpe capitur: sed ἐνέργειαν, actionem, id quod aut animis agitamus, aut ministerio corporis agimus, siue bonum siue malum: vt cum agimus prudenter, iuste, fortiter, temperate: contraue libidinose, effœminate, iniuste, temere: cum philosophamur, irascimur, cupimus, deambulamus, lauamus, scribimus, legimus, & id genus alia, quæ homo suapte natura, suoq; arbitratu facere potest aut non facere, nisi morbo aut externa vi impediatur. Quod cũ fit, actiones illæ in potestate nostra esse desinunt, opinor: & opinio tantũ, appetitio & desiderium, horumque contraria declinatio & auersatio, nobis relinquuntur. Cum autem morbi sint, qui animum etiam tentẽt, vt phrenitis, melancholia, veternus, apoplexia, epilepsia, vulnera capitis, cerebri læsiones, similesque pestes: etiam illa, nisi fallor, euanescunt, quæ sola in nostra potestate esse affirmat Epictetus. Sed loqui Stoicos de natura integra, & non impedita, probabile est, quę tamen quandiu talis permansura sit, cõstare nemini profecto potest. Consideret ergo quisque secum, veriusne ista dicantur, an magnificentius? Animi tamen bona dotibus corporis, & fortunæ muneribus præstare, ac diuturniora esse, extra controuersiam esse arbitror. Quicquid tamen egeris, nunquam id consequeris, vt a Fortunæ tyrannide sis immunis: hoc est, vt Deus ea tibi non auferre possit, quę largitus est. Valeat ergo Thrasonica illa vox, & inter Stoicas hyperbolas numeretur, σεσηφεί-λημμαί σε, ὦ τύχη, καὶ πᾶσαν ἀφῄρημαί σου τὴν παρείσδυσιν: hoc est, Anteuerti tibi Fortuna, & quasi vallo firmissimo oppositio, omnes tibi aditus, omnes cuniculos intercluſi. Prudentius ille, qui distichon illud per se insolens, picturæ hominis mortui ascripsit: cui, si in CHRISTO seruatore obdormierit, vere conuenit:

ἐλπὶς καὶ τύχη μέγα χαίρετε·
τὸν λιμένʼ ὅρμησα·
ὐδὲν ἐμοὶ χʼ ὑμῖν· παίζετε
τοὺς μετʼ ἐμέ·

Inueni portum, Spes & Fortuna valete:
Nil mihi vobiscum: ludite nunc alios.

Neque enim spe sua frustrabitur, neque timebit quicquam, mortuus in Domino, ab

no, ab omnib. fortunæ inlutiis & ludibriis immunis, atque in portu tutissimo securus & beatus conquiescet.

In Caput 4.

Τηλικούτου οὖν ἐφιέμενος, μέμνησο ὅπου δεῖ οὐδὲ μετρίως κεκινημένον, ἅπαντα οὖν τῶν: *In tantarum igitur appetitione rerum, sic eas suscipiendas esse memento, vt prorsus omni vaces animi perturbatione.*] Rectius Simplicij Commentarius: τηλικούτων οὖν ἐφιέμενος, μέμνησο ὅπου δεῖ μετρίως κεκινημένον ἅπαντα αὐτῶν: Quum igitur tãtas res appetas, sic eas suscipiendas esse memento, vt sis non mediocriter incitatus. Quam lectionem & Politianus est sequutus. De pluribus locutus est: ergo τηλικούτων. Serio suscipiendũ monet philosophiæ studium. ergo οὐδὲ redundat, quod quatuor reliqui codices habent: a quibus deceptus, verterã: Vt prorsus omni vaces animi perturbatione. quæ sententia etsi cum ἀπαθείᾳ Stoicorum cõuenit, philosophiæ tyroni tamen haudquaquam conuenit, quem incredibili cupiditate sapientiæ inflammatum esse vult, adeo vt illud ex Euangelio desumtum ei dici possit:

ἓν μαργαρίτην τίμιον, ἀπόδος ἅπασι σοι, κάμβανε. Vnam margaritam pretiosam omnibus opibus tuis emito.

ἐὰν ἧς καὶ τούτων ἐφέλῃς: *Si & has volueris,*] Scilicet. τὰ ἐκ φιλοσοφίας ὠφελούμενα: Ea quæ Philosophia præstat.

καὶ ἄρχειν καὶ πλουτεῖν: *Et imperare & esse diues.*] Politianus addit, Domesticos dirigere. Legit fortasse, τοὺς οἰκείους εὐδαιμονεῖν. quod perperam scriptum fuisse reor, pro εὐδαιμονεῖν, necessarios tuos florere. Volumus autem in primis nobis bene esse, mox etiam nostris & aliis. Discrimen εὐδαιμονῶ καὶ εὐδαιμονέω, vel pueris notum est.

τυχὸν δὲ οὐδὲ αὐτῶν τούτων τούξῃ: *Fortassis nec hæc ipsa assequeris.*] τῶν ὀχῶν τε καὶ τοῦ πλούτου: Nec magistratus nec opes assequeris.

Δι' ὃ καὶ τῶν πρότερον ἐφίεσθαι: *Eo quod priora quoque desiderat.*] Ea scilicet, quæ philosophia confert, libertatem, tranquillitatem animi, securitatem. Significat animum in duas partes distractum, nec fortunæ mu-

neribus,nec philoſophię bonis potiri : quod altera cura impediat alteram , nec tantam eſſe patiatur, quanta ſit opus. Sed hoc intelligatur de philoſophiæ tyrocinio. Nam præcepta rebus gerendis prælucent , & illuſtrantur vſu vitæ, & crebris virtutis actionibus , ſi probe intellecta & animis infixa fuerint. Philoſophandum eſt igitur ab ineunte ætate, animo aliis curis libero, vt quæ tum cognita perceptaq; fuerint, ad parandas & tuendas opes , ad magiſtratus adipiſcendos & gerendos , ad omnes denique vitæ caſus ferendos accommodentur. τὰ πρόσθεν, priora dicit: vel τὰ πρόσθεν εἰρημένα ea quæ ante expoſuit, quæque rectum iudicium ſequuntur: non autem τὰ πρὶν φιλοσοφῆσαι, ea quæ deſideraris ante philoſophiã, vt voluptates, honores, diuitias: vel τὰ πρόσθιον, præſtantiora. Nam tranquillitas animi, verumque iudicium , vtique diuitiis & honoribus præſtant.

Ἐκείνων ἀποστύξη: Illis exeides.] τῶν πρότερων, prioribus & potioribus : Carebis animi tranquillitate, ſi auarus & ambitioſus fueris.

In Caput 5.

Πάσῃ φαντασίᾳ τραχείᾳ: *Cuiuis viſo aſpero.*] τὸ τραχείᾳ nonnulli codices non habent, & meo iudicio rectius omittitur: etſi φάρμακον σοφὸν adhibet Simplicius. Sũt enim φαντασίαι non tantum τραχεῖαι, aſperæ: ſed etiam λεῖαι, hoc eſt, leues & blandæ. Sed quia verba hæc minus exercitatis obſcura videntur, exemplo declaranda ſunt. φαντασίαν (quod viſum, aut viſionem Latini dicũt) appellat eas cogitationes, quæ ex rebus obiectis oriuntur: vt ſi adoleſcenti ſtudioſo & pauperi formoſa & diues mulier deſpondeatur, phantaſia hæc ſtatim in eo excitatur , rem eſſe præclaram, paucis ſui loci atque ordinis talem offerri occaſionem: non igitur eſſe negligendam. ſpecies pręclara eſt, incautumque facile decipit. Sed ſi idẽ paulo cordatior, ſecum reputet, Mulieres formoſas atq; diuites, laſciuas, ſuperbas, faſtidioſas, imperioſas eſſe: opes non ſine magna ſolicitudine conſeruari: ſe deſpectui & deriſui fore affinibus, aut certe inuiſum: ſi morem gerere velit vxori, aut læſurum valetudinem, aut alia grauiora toleraturum: neglecturum eſſe ſtudia literarum: mulierculæ denique non tam amantis, quam

quam prætextū libidinum ſuarum quærentis, fore mācipium: fortaſſis intelliget, id quod Epictetus dicit, dotatā & formoſam mulierem non ſummū eſſe bonum, ſed plane φαντασίαν & falſam ſpeciem: Heſiodiæ Pandorę inſtar, pyxidem malis omnibus refertam, ſecum afferentem. Idem eſto iudicium de phantaſiis imperij, honoris, aliarumq; rerū, quæ ſæpius inani ſpecie blandiri, quam reuera beare ſolent. Eadem fere ratio eſt rerum triſtium & aduerſarum, vt putantur, quæ ſæpe in receſſu multum boni habent, quod prima fronte nequaquam pollicētur: vt paupertas ſobrios, modeſtos, induſtrios plerūque facit: opulentia luxuriosos, arrogantes, ignauos.

In Caput 6.

ὅτι ὀρέξεως μὲν ἐπαγγελία: *Appetitionis pollicitationem eſſe.*] Eſt proſopopœia quędam Cupiditatis cum homine colloquentis. Rudibus apertior eſſet oratio, ſi ita locutus eſſet: Cum aliquid appetis, fore ſperas vt id conſequaris, & voti compos fias, & reliqua.

παρεμπίπλων.] ἐμπίπλων legendū videtur, idem quod ἐμπίπλων. vnde ἐμπίπλωσις, & ἐμπίτνειν τύχης.

πὲ παρὸ φύσιν τῶν ἐπί σοι: *Quæ natura eorū quæ in tua poteſtate ſunt, auerſantur.*] His aduerſantur vtique, falſa opinio, prauus & corruptus appetitus, omnes animi perturbationes, quas in hominis eſſe poteſtate volunt Stoici: non ita fortaſſis, vt nō exſiſtant (id enim Dei cuiuſdam potius quam hominis fuerit) ſed vt rationi obediant.

In Caput 7.

Μετάθες ἐπὶ πὲ παρὸ φύσιν τῶν ὧδε ἐφ' ἡμῖν: *Transfer ea quæ natura illorū repugnant, quæ in noſtra poteſtate ſunt.*] Videntur & hæc rudioribus obſcura quæ dilucidiora eſſent, ſi ſcripſiſſet: Auerſare falſas opiniones, ſtultas & prauas cupiditates, turpitudinem & dedecus. Hęc enim vt fugere, ita etiam effugere poteris.

Καὶ μεθ' ὑπεξαιρέσεως.] Politianus, cum ſupputatione: Naogeorgus, cum exceptione. Sed quia Simplicius interpretatur, μὴ ἐκδιδόναι πὶ ὀλίγον, καὶ μὴ εἰς ἄκρον ἐπιτείνειν, cedendo & laxando paululum, nō ad ſummum intendendo: ego verti, cum imminutione. Etſi hæc tria, κούφως leuiter, ἀνειμένως remiſſe, μεθ' ὑπεξαιρέσεως cum imminutione, ſynonyma

fortasse sunt. ὑπεξαίρεσις certe significare id potest, cum paulatim aliquid affectui subtrahitur. Si quis autem intelligere mauult, cum exceptione vel conditione: sensus erit, vt opinor. Ea conditione res vel appete vel auersare, si expetendæ fugiendæue sint. Vult enim Epictetus, tirones philosophiæ interdum Academico more ἐπέχειν καὶ ἀμφιπίπτειν, cohibere assensum, & amplius deliberare: & in ea ἐποχῇ, ἐλλείπειν μᾶλλον ἢ πλεονάζειν: hoc est, potius citra resistere, quam vltra progredi, vt monet Isocrates.

In Caput 8.

αὖ χύτραν σέσηις: Si ollam diligis.] Etsi Epictetus, vt contemtor diuitiarum, vilium rerum exempla profert, vt balnei, vt lactucarum, & aliorum id genus: tamen Simplicius aptius, vt opinor, verbum habet, *αὖ χύτραν σείῃς, ὅτι χύτραν σείεις*: Si ollam tractas, aut agitas, te ollam tractare: hoc est, rem fragilem, & agitationis atque allisionis impatientem, vt & vitrum. Vnde Mimographus: Fortuna vitrea est: quæ cum splendet, frangitur. Fortasis alluſit ad dolium Diogenis.

In Caput 9.

τὰς ἀποῤῥέοντας.] destillantes. Alij *ἀποῤῥαίνοντας*, sese perfundentes, eodem sensu.

ἰγχρωμβίους.] id est, *ἐνοχλωμβίους*, quibus negotium facessitur. Alij *ἐνεχρωμβίους*, id est, *ὠθωμβίους*, eos qui premuntur, aut loco pelluntur.

In Caput 10.

Τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα, decreta de rebus.] Et huic paradoxo medetur, vt potest, Simplicius. Consistere certe nullo modo potest, nisi aut grauiora mala nos vitare, aut maiora bona cõsequi putauerimus. Nam alioqui ista vnica, misera illa quidem, & nescio quam efficax in casibus acerbissimis consolatio relinquitur, quæ apud Homerum exstat:

ὡς γὰρ ἐπικλώσαντο θεοὶ δύστοισι βροτοῖσι,
ζώειν ἀχνυμβίους καὶ ἀτέρπεα θυμὸν ἔχοντας.
Sic voluere dii, miseris mortalibus ævum
Esse vt & mœstum, & dura illætabile cura.

οἷον θάνατος οὐδὲν δεινόν: In morte nihil est mali.] Si aut anima cum corpore exstinguitur, aut in locum meliorem transfertur. Sed si pœnæ scelerum dandæ sunt: periculosæ

riculosæ plenum opus aleæ, ni veræ pietatis clypeo sis munitus.

ἀπαίδευτός ἐστιν. *Ineruditi est.*] id est, eius qui non consideret, quæ sui, quæ alieni iuris sint: qui omnia suo arbitratu fieri postulat. id quod fieri neque potest, neque fortasse debet.

τὸ ἑαυτῷ, *Seipsum.*] Agnoscit enim culpam suam: simulque in id intentus est, ne denuo ad eundem lapidem impingat: hoc est, ne alienarum rerum ius sibi arroget. Nã id quod antecedit, ἐφ' οἷς αὐτὸς πράσσει κακῶς: verba (ἄλλοις & αὐτὸς) suam habent emphasin. Dilucidius alio loco dicit, Per alium te non magis in calamitate esse posse, quam in vitio: hoc est, cum solum esse calamitosum, qui male sentiat & viuat: nõ cũ qui negligatur, aut male tractetur ab aliis.

In Caput 11.

ἠχρῆσις τῶν φαντασιῶν: *Vsus visorum.*] Obscuriora videntur hæc, minus assuetis. Sed perinde est ac si diceret: In omnibus rebus non appetitum aut popularem opinionem, sed rationis iudicium sequi nos oportere. Visis enim recte vti, quid est aliud, quam de rebus omnibus recte iudicare, & rationi parere, non affectui?

In Cap. 12.

Μήποτε καλοῦντος ἐλλείπῃς; *Ne forte eo vocante deficias.*] Politianus attexit, Inque id vinctus coniiciaris. Qui enim volens non sequitur, necessitate hoc patietur. Quæ appendix nec in excusis codicibus habetur, & est supernacanea. Loquitur enim non de externa vi, sed de imbecillitate virium: quę quo maior sit ingraueſcente ætate, eo paucioribus rebus animum esse occupandum: quod & iis vacare, & parere philosophiæ sit difficilimum. Homo cœlebs (si cætera paria sint) & in vita paucioribus esse contentus, & æquiore animo discedere e vita potest. Maritum & patrem, tam viuentem quam morientem, magis solicitant vxor, liberi, familia, quam ipsius salus. In hanc sententiam scribit Cicero, trãquillitatẽ animi atq; securitatẽ eo facilioręẽ esse philosophis, quo minus pateant: multa in eorũ vita, quæ Fortuna feriat, & quo minus multis rebus egeant: & quia, si quid aduersi eueniat, tam grauiter cadere non possint. Nauem, siue philosophiam, siue vitæ institutum intelligo: gubernatorẽ vero, Deũ:

cui qui vocanti non pareat, aut pro mancipio tractetur, aut plane deseratur.

In Caput 13.

Μὴ ζήτει τὰ γινόμενα γίνεσθαι, ὡς θέλεις· ἀλλὰ θέλε τὰ γινόμενα, ὡς γίνεται, καὶ σὺ εὐροήσεις.] Argentinensis codex paulo aliter, ἀλλὰ θέλειν, ὡς τὰ γινόμενα γίνεται. vt sit, ζήτει θέλειν, id stude vt velis: quasi dicat, Voluntatem tuã facilius mutabis, quam naturam rerum. καὶ σὺ εὐροήσεις, verti, Si sapis. quod si displicet, repone, & recte facies. Est enim idem quod καλῶς ποιεῖν, approbandi formula hoc loco. σὺ ποιῶ σε, bene de te mereor: & σὺ πράττω, facile agito, bene mecum agitur: non sunt huius loci.

Χώλωσις ποδὸς ἐστιν ἐμπόδιον, ἀποκοπὴ οὔ. *Claudicatio pedis est impedimentum, non instituti.*] At dices, instituto conficiendi itineris (præsertim si iumentum aut vehiculum desit) obstat claudicatio. Respondebit Epictetus: Si præceptis meis parueris, non institues iter, quod conficere non possis. Sic quo plura & maiora fuerint impedimenta corporis, eo magis apperitum contrahes, pauciora que suscipies. At istud ipsum, inquis, est instituti impedimentum, eoque molestissimum. Negat Epictetus esse impedimentum, nihil temere & frustra appetere: sed id philosophi proprium esse munus affirmat. Illud certe vel stultus intelligit, præstare appetitum rationi obedientem præbere, quam irritis cupiditatibus æstuare. At est factu difficile. Sic Deo visum, cui, nisi vltro feceris, parebis inuitus. Illud tamen Epictetus (vt ea quę sequuntur, docent) non vetat, quo minus commodis tuis, quatenus & natura postulet, & honeste possis, consulas.

ἄλλου τινὸς ἐμπόδιον, σοῦ δ' οὔ: *Id alterius cuiusspiam rei, non tui esse impedimentum.*] Si concederet, pedem esse partem corporis (neque vero negat) corpus vero hominis partem esse (quod negare videtur) impedito pede, corpus: corpore impedito, homo ipse, ex parte saltem, impediretur. Quod si corpus instrumentum est hominis (qua de re plura ex Simplicio afferemus) negari certe non poterit, quin mutilato instrumento, imperfectior & incommodior futura sit actio. Male pugnabis gladio, cui vel capulus vel mucro defuerit. Sed hæc differantur.

In Caput 14.

ἃ σωαρπάσουσιν αἱ φαντασίαι, *Visis non obtemperabis.*] Hoc est, neque voluptati, neque dolori succumbes: sed prauas cupiditates atque affectiones, sapientiæ virtutumque præsidio superabis.

In Caput 16.

Κρεῖσσον γὰρ λιμῷ ἀποθανεῖν, ἄλυπον καὶ ἄφοβον ἡμῶν: *Præstat enim emori fame, vbi doloris & timoris expers euaseris.*] Quæri non iniuria possit, tantane constantia cadat in fragilitatem humanam, vt Saguntina (quod aiunt) fame non afficiatur? Deinde quod de puero dicit, nisi ita intelligatur, vt tum demum eius cura abiiciatur, cum neque verbis neque verberibus quicquam profeceris: videbitur plena inhumanitatis oratio, & Timone μισανθρώπῳ quam homine philosopho dignior, qui & ipse aliquid studij atque operæ ad consociationem ciuilem afferre debet. Equidem existimo ὑπερβολὰς esse, nimiæ solicitudinis reprimendæ causa vsurpatas. Quod si cauillari libeat, hypotheticam esse dices propositionem, ἄλυπον καὶ ἄφοβον ἡμῶν, vbi & dolorem & metum propulsaris. tum enim nec fame dolebis, nec mortem metues! sed quando id fiet? Paucissima certe in omnibus historiis exstant exempla: & quæ exstant, vt Socratis, Anaxarchi, Diogenis, Demonactis, Lælij, Catonis, & aliorum, dubitari potest an sint Græcorum ingeniis ornata vehementius, & supra veri fidem amplificata.

In Caput 17.

ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐστὶν αὐτῷ καλῶς, *Non adeo ei bene est.*] Malim ἴσως, vel ἄν, Sit Sententia est, contemni potius puerum oportere, quam eius siue contumacia siue insciția commoueri. Absit vt tu commouearis, cum stultus & improbus puer, siue ex insciția, siue de industria peccauerit.

In Caput 18.

εἰ προκόψαι θέλεις, *Si proficere vis.*] Scilicet, in philosophia, & animi cultura. Iam enim προκοπὴ intelligit, qua tranquillitas animi & libertas augeatur.

ὑπόμεινον ἕνεκα τῶν ἐκτὸς αὐτὸς δόξαι: *Ne recusa, propter externa videri amens.*] Qui enim voluptates, opes, honores minus curat, præsertim si illa con-

ſequi liceat: vulgo ſtultus habetur.

κἂν δόξῃς ἄνὸς εἶναί τισι.] Deeſſe videtur ἄξιος, dignus aliquo: ſed non eſt opus, ſi, vt cæteri codices habent, pro ἄνὸς, τὶς legatur.

In Caput 19.

θέλεις γὰρ τὴν κακίαν μὴ εἶναι κακίαν: *Id enim poſtulas, vt vitium non ſit vitium.*] Innuit opinor, pueros & omnes mortales natura eſſe vitioſos: nec vitia propulſari, niſi per philoſophiam, cuius non ſatis capax ſit tenera & rudis ætas: quæ vt caſtiganda ſit, non tamen ſit abiicienda.

In Caput 20.

κύριος ἑκάστου ἐστὶν ὁ τῶν ὑπ' ἐκείνου: *Cuiuſque dominus eſt is, qui cupiditatum eius.*] Quam multos ergo Fortuna dominos nobis impoſuit? Quanto plures ipſi nobis imponimus, inſatiabili caducarum rerum cupiditate?

In Caput 21.

Παρατεθέντων σοὶ, *Vbi tibi appoſuerint.*] Simplicius, παρατεθέντων, appoſitis, Sed & alterum ἐλλειπτικῶς ferri poteſt, ſi intelligas, τῶν μαγείρων τὰ σιτία, ſi coqui vel miniſtri fercula tibi appoſuerint.

ἄξιος τῶν θεῶν συμπότης, *Diis dignus compotor.*] Significat, Externarum rerum deſpicientiam diuinum eſſe quiddam, & reddere Deo ſimilem.

θεῖοί τε ἦσαν καὶ ἐλέγοντο: *Diuini vt erant, ita & dicebantur.*] Inſolenter vtique & imperite. Quam enim infinito interuallo vel præſtantiſſimus homo ab extrema vmbra diuinitatis abeſt?

In Caput 22.

ἄλλον γὰρ ἀθλίοι.] ὅτι ἄλλος οὐχ ἅπτεται. Alium non angit: quia non tangit. Facile omnes, cum valemus, recta conſilia ægrotis damus. Tu ſi hic ſis, aliter ſentias. Alterius vulnera & cædem ſpectare ſine dolore corporis poſſumus, ſed ipſi non ſine acerbiſſimo doloris ſenſu vulneramur & cædimur. Byzantinum incendium, peſtis, terræmotus, ſeditio, bellum, te Romæ degentem non angit, quia non tangit. At vero,

Et tua res agitur, paries cum proximus ardet.

Sed hæc eorum querela eſt ſcilicet, quibus perſuaderi non poteſt, corpus, opes, vxores, liberos, non eſſe ipſorum, ſed iuris alieni. Secus Hiob, qui opibus & liberis amiſſis

amissis laudauit Deum, qui ea quæ dedisset, abstulisset.

μέχει μὴ τοι λόγε, μὴ ὄκνει συμφερέσθαι αὐτῷ: *Verbotenus illi te accommodare ne dubita.*] Sententia est, ne dubites illius affectui & verbis & suspiriis subseruire, ac dolorem præ te ferre. Remittit hic aliquid Epictetus de Stoica seueritate καὶ ἀπαθείᾳ, vel potius ἀσυμπαθείᾳ, qua vehementer offenduntur ij qui in malis sibi esse videntur: nec simulationem improbat.

In Caput 23.

οἷος ἂν θέλῃ ὁ διδάσκαλος, *Qualem voluerit magister.*] Hoc est, ὁ ποιητὴς, εἴτε κωμῳδοποιὸς, εἴτε τραγικός: poeta, siue Comicus, siue Tragicus. Sic in vita Sophoclis, ἐδίδαξε δὲ δράματα ἐχγ, Edidit fabulas centum & viginti tres. Quod ad rem ipsam attinet, idem Epigramma græcum docet:

σκιὴ πᾶς ὁ βίος, καὶ παίγνιον ἢ μάλα παίζειν,
πλὴν ἀστοδλὴ μεταθεὶς, ἢ φέρε τὰς ὀδυνίας.

Vita quid est? iocus & ludus.
Vel ludere disce,
Curis sepositis: vel cruciare miser.

Nazianzenus idem fere significat, sed maiore grauitate & pietate, his versibus, dignis qui memoriæ mandentur:

Θυμὲ βλέψον ἄνω, χθονίων δ' ἐπιλήθεο πάμπαν,
Μηδὲ σε νικήσῃ ὥς κε καὶ ἡμέτερας δέμας.
Τυτθὸς μὲν βίος ἔστος. ὁ δ' ὄλβιος, ὡς ἐν ὀνείρῳ
Τέρπεται· ἀλλοίῃ δ' ἄλλος ἔκυρσε τύχῃ.
Μίννης ἢ ζωῆς καθαρῆς βίος ἔμπεδος αἰεί,
Καὶ πολὺς, ὃν ζώειν ἐστὶν ἀρειότερον.

Mens age suspice, terrenas age despice sordes:
Corporis a vitiis neu subiugare caue.
Quam breuis est hæc vita? beatos somnia ludunt:
Sors vaga sic alios, sic alios osque rotat.
Vita diu durat, nullo peritura sub æuo,
Sancta: labor fructu non caret ille suo.

In Caput 24.

Κόραξ ὅταν μὴ αἴσιον κεκράγῃ, *Si coruus inauspicatum crocitarit.*] Augurio-rum & auspiciorum loco nos Astrologiam habemus: quæ si ex annuis reuolutionibus & siderum progressionibus incommoda & pericula minitabitur, Epicteti consilio, sed piis precibus adiunctis, vtamur.

ὠφελησῶμαι ἀπ' αὐτοῦ, *Fructum ex eo vt capiam.*] Quia.

Omnis commoditas sua fert incommoda secum:

& contra. Extrema vero mala, & omni consolatione maiora; vt ferenda sint, Arrianus docet.

In Caput 25.

ἀνίκητος εἶναι δυνάσαιο, *Inuictus esse potes.*] Pendet & hoc dictum e diuisione rerum initio facta. Vincuntur, qui res alienas expetunt: hoc est, eas quæ ad corpus pertinent, & fortunæ in manu sunt. Vincunt, qui prauas opiniones & cupiditates oppugnant, modo legitime certent.

In Caput 26.

ἐκπεπληγμένος τῇ φαντασίᾳ σωπερπαρθεὶς, *Imaginatione concitatus.*] Alij σωαρπασθεὶς, correptus, impulsus: eodem sensu.

ἐὰν γὰρ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἡ εὐστάθεια καὶ ἀπαθὴς ᾖ: *Nam si in rebus nostra potestati subiectis, vis tranquillitatis constiterit.*] ἡ εὐστάθεια καὶ ἀπαθὴς, idem quod αὐτὴ ἡ ἀπάθεια, quam (Ciceronem secuti) vel indolentiam (etsi ea potius ἀωδυνησία est) vel vacuitatem ægritudinis, in qua vita beata posita sit, vel vacuitatem ab angoribus & perturbationibus, appellemus licet. Sententia est, etsi verbis obscurioribus more Stoico prolata: Eum qui bona omnia a seipso petat, animo esse trãquillo: qui tranquillo animo sit, eum nec inuidere, nec æmulari. Cum enim ἀπάθεια perturbationes omnes excludat: inuidiam vtique & æmulationem etiam excludere. Sin hi affectus in aliquo dominentur: ex eo plane colligi, procul eam ab animi tranquillitate abesse, nec philosophiæ præceptis obtemperare. Sed cum apud Arrianum huius quoque libelli, Simplicio si credimus, auctorem, nunquam τὴν εὐστάθειαν καὶ ἀπαθῆ me legisse meminerim: rectius id arbitror, quod ibi crebro habetur, ἡ εὐστάθεια καὶ ἀπαθῆ.

In Caput 28.

Οὔτε ἄγαν ἐπιθυμητὴς ἄνου, *Neq; quicquam vehementer appetes.*] Syracides, cogitationem mortis & diuini iudicij a peccando deterrere affirmat. Quod si facit: multo magis æquo animo res aduersas ferre, secundasque contemnere docet, ob breuem scilicet earum & dolorem & fructum. Sic Cicero: Omnis (inquit) voluptas pro

pro nihilo putãda eſt quod quum præterierit, perinde ſit ac ſi nulla fuiſſet. Sed in magnis corporis cruciatibus & angoribus animi, vna hora toto anno videtur longior & vnus dies multis ſeculis.

In Caput 29.

σὺ δ' ὀφρυῶν μὴ μὴ χῇς, *Tu vero ſupercilioſus ne eſto.*] Vultum cogitabundũ, triſtem ſeueritatem ac faſtum per ſupercilium intellige & hunc fuiſſe philoſophorum habitum, e Menandri dicterio apparet: *Ἐρεπκλῆ*, inquit, *εἶναί φασι τὴν ἐρημίαν, οἱ δ' ὀφρῦς αἴροντες*: Meditationi aptam eſſe aiunt ſolitudinem, ij qui ſupercilia erigunt.

In Caput 30.

ἐάν ποτέ σοι γένοιτο ἔξω σφαλῆναι: *Si quando tibi acciderit foras verti.*] Gloriolæ cupiditatẽ & oſtentationis ſtudium, qui affectus tardiſſime in bonis & doctis etiam viris ſeneſcit, vetat. Vult, philoſophum ſeſe intra conſcientię ſuæ limites, tanquam cochleam intra teſtam continere, eamque ampliſſimum virtuti ſuæ theatrum proponere, ſtatuere ac iudicare.

εἰ δὲ καὶ δοκεῖν οὐ θέλει, τῷ εἶναι σεαυτῷ φαίνε: *Sin etiam videri vis, quia es, ipſi tibi videre.*] Politianus τῷ εἶναι omiſit: nec eſt ſane neceſſarium, ni quis interpretari velit, Quia es, vel, eſſendo (ſi dicere liceat) tibi ipſe videre philoſophus.

τῶν ἔνστασιν ἀπώλεσας, *Te de ſtatione tua deiectum eſſe.*] ἔνστασις apud Dialecticos quid ſit, notum eſt. Hic a pugilibus tranſlatio ſumta eſt, qui de gradu deiecti, vincuntur. Licet ἔνστασιν, inſtitutum vertere: id ſcilicet, in quo homo animo, voluntate ac ſtudio ſic inſiſtit, vt pugil aut miles in ſuo gradu, non ceſſurus aduerſario, ἔνστασις philoſophi eſt, alte ſpectantem, & ad illam ſedem & ęternam domum contuentem, neque ſermonibus vulgi dare ſeſe, nec in præmiis humanis ſpem ponere rerum ſuarum. Suis illum illecebris oportet ipſa virtus trahat ad verum decus, vt ait Cicero. In hanc ſententiam D. quoque Baſilius præclare monet: δεῖ εἶναι ὃ μᾶλλον φυκτέον εἴη τῆς σωφροσύνης, τοῦ πρὸς δόξαν ζῆν, καὶ τὰ τοῖς πολλοῖς δοκοῦντα σπουδάζειν, καὶ μὴ τὸν ὀρθὸν λόγον ἡγεμόνα ποιεῖσθαι τοῦ βίου. ὥστε καὶ

πᾶσιν ἀνθρώποις ἀνλλέγειν, κἂν ἀδοξεῖν καὶ κινδυνεύειν ἕνεκα τοῦ καλοῦ δέῃ, μηδὲν αἱρεταῖς τῶν ὀρθῶς ἐγνωσμένων παραχινεῖν. Hoc eſt, Nihil æque cauendum eſſe cordato viro, atque illud, ne vitæ ſuę rationem ad popularem opinionem accommodet, & quid vulgus ſentiat, circumſpectet. Rectam enim rationem vitæ ducem eſſe ſtatuendam: & ita ſequendam, vt etſi omnibus mortalibus refragandum, ſi exiſtimatio, ſi vita in diſcrimen adducenda ſit pro honeſtatis defenſione: tamen de recta ſententia nullo modo depellatur. Verum hic vigilandum, ne falſis opinionibus decepti, & rei cuiuſque natura non ſatis expenſa, pro conſtantibus rigidi, pertinaces, præfracti euadamus, & & in nugis tragœdias agamus, & nobis & aliis graues ac moleſti.

In Caput 31.

ὦ δυνάσαι ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλλον: *Non potes in malo eſſe propter alium.*] Pendet hæc ſententia ex dogmate Stoico: Solum honeſtum eſſe bonum, ſolum vitium eſſe malum. Contemtus & neglectus mei, ſi ego officio fungor, non meum vitium, ergo neque meum malum eſt: ſed eorum & vitium & malum, qui ex peruerſo iudicio & voluntate praua me immerentem contemnunt, negligunt, male tractant, afficiunt.

δείκνυτε τὴν ὁδὸν, *Viam oſtendite.*] Significat, non niſi malis artibus parari opes & dignitates: eaque de cauſa viro bono illas aſpernandas eſſe. neque enim de iis loquitur, qui ſe honore indignos præbent, ipſique in cauſa ſunt vt contemnantur.

ἀργύριον, ἢ φίλον πιστόν: *Pecuniam an amicum fidelem.*] Hoc tempore pecuniã plerique malunt. neque enim pauperis amici vllum eſſe vſum cenſent. Sic dotatæ puellæ pudicis & bene educatis præferuntur, ſic quæ forte ſunt tales, taleſque permanent. Quare procis ignoſcendum fortaſſis eſt, qui tam incerta pudicitiæ & probitatis alea, diuitum vxorum quam pauperum intemperias ferre ac tolerare malunt.

Καὶ τὸ Ξύστο· οὐδὲ γὰρ ὑποδήματα ἔχει παρὰ τοῦ σκυτέως, οὐδὲ ὅπλα παρὰ τοῦ χαλκέως: *Neque enim calceos habet per ſutorem, neque arma per fabrũ.*] Sic in omnibus editionibus legitur. Naogeorgus ſenſum

sum secutus, vertit: Nonne habet calceos per sutorem? nonne & arma per fabrum? quasi legisset, ἀχὶ γὰ, quod mihi sane haud displicet. Verũ e Simplicio apparet inuersum esse verborum ordinem, & sic legendum: ἀδὲ γὰ ὑποδήματα ἔχει ἀφ' ὅτου χαλκέα, ἀδὲ ὅπλα ἀφ' ὅτου σκυτέα: Neque enim calceos habet a fabro ærario, neque arma a sutore. Sensus est: Non magis a philosopho porticus & balnea, & ciuitatem Romanam postulandam, quam arma a sutore, aut a fabro ferrario calceos: cum philosophi munus sit, ciues ad virtutem instituere: vt sutoris, conficere calceos: & fabri, arma.

ἀδὲν αὖ αὐτῷ ὄφελες, *Nihilne ei prodesses.*] Malim, vt Simplicius, ὠφέλεις, vel potius ὠφελῇς.

In Caput 32.

εἰ μὲν ἀγαθὰ ταῦτα, *Si quidem bona ista sunt.*] Plerique complexionem istam inuertũt, ἀνθυφέροντες: Quia bona sunt, ea sibi negata esse dolent: quia mala, ea euenisse aliis gaudent.

εἰ μὴ προέμενος ταῦτα, *Si non numeratis his.*] Id est, αὐαλώσας ἢ καταβαλών. Vnde οἱ ἐλεύθεροι πολιτικοὶ χρημάτων dicuntur apud Aristotelem.

τὸ μὴ ἀναχέσθαι αὐτὸν ἐπὶ τῆς εἰσόδου, *Quod non sustinueris vel toleraris eum in atrio.*] Videntur fastus diuitum & ambitiosæ salutationes intelligi, homini simplici & literato molestissimæ: item τὸ φοιτᾶν, παραπέμπειν, ἐπαινεῖν, salutationes, deductiones, laudationes. Fortassis autem delicati diuites in medio incedentes, parasitis suis vtrinque inniti soliti fuerunt. Nam & hunc sensum verbum ἀναχέσθαι omnino admittit.

In caput 33.

ὅταν τὸ γείτονος ἄλλο παιδίον.] Malim, ἢ ἄλλως παιδίον: vel, κατεάξῃ τὸ ποτήριον, ἢ ἄλλο τι: Si vicini, vel alterius: aut, fregerit poculum, vel quid aliud.

ὅτε καὶ τὸ τοῦ ἄλλου, *Cum alterius.*] ἀλλὰ τὸ μὲν οἰκεῖον πιέζει, ἀλλότριον δ' οὐ μέλει: Sua quemque premunt, aliena non curantur. Naturæ humanæ siue prauitas siue imbecillitas non fert, quicquid Epictetus de naturæ voluntate dicat, quicquid sacræ literæ de impe-

rio Dei prædicent, vt alieni boni aut mali æque excitatus in nobis sensus sit, atque nostri proprii. Illud quidem natura nos docet, cum omnes eadem conditione simus: neque communem fortunam (vt ait Cicero) recusandam, neque peculiarem optandam, & modice ferenda esse omnia: nisi indignando atque afflictando nos conduplicare mala atque exasperare libeat.

In Caput 34.

ὅτως οὐδὲ κακὸς φύσις ἐν τῷ κόσμῳ γίγνεται, *Sic neque mali natura in mundo exsistit.*] Obscurus & dubius locus, de quo plura ex Simpl. adducemus, qui hæc verba sic accipit, vt quicquã esse mali in mundo, aut si sit, a Deo esse, negare videatur. Ego simpliciter ὡς κακὸς repetiissem, sic neque mali natura exsistit in mundo aberrandi causa: hoc est, necesse est homines in mala incidere. Proinde præparandus ad ea prudenter & fortiter ferẽda est animus. Naogeorgus (quem honoris causa nomino) cum Simplicio cõsentit, nosque nostrapte culpa & malos, & in malis esse affirmat. Accipiuntilli ἐν τῷ κόσμῳ, quasi esset ἐκ τοῦ θεοῦ: & bonum scopo, malum aberrationi a scopo comparant. Recte omnino πάντα γὰρ τοῦ θεοῦ ἐφίεται: Bonum enim ab omnibus appetitur: & Deus optimus mala non facit: & mala fortasse non sunt quæ nos in malis numeramus. Sed an hoc senserit Epictetus, ipse viderit. Prorsus enim hic ex eius verbis elici sensus nõ potest.

εἰ μὲν τὸ σῶμά σου τις ἐπέρριπτι τῷ ἀπαντήσαντι, *Si quis corpus tuum obuio cuique permisisset.*] A minori ad maius argumentatur, hoc modo: Cum iis irascereris, qui corporis tui violandi cuiuis potestatem darent (cuiusmodi est proscriptorum cõditio) quanto magis tibi irasci debes, qui cuiuis animi tui lædendi potestatem dare soleas: cum tui arbitrij sit, lædi prorsus a nemine?

ἐκάστου ἔργου σκόπει τὰ προηγούμενα, *Rei cuiusque antecessiones considera.*] Vult nos (vt monet Homerus) νοέειν ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω, nec ea quæ ante pedes modo sunt videre, sed etiam illa quæ futura sunt prospicere. Cuiusmodi sit: Si quis docere adolescentiam instituat, & id tantum consideret, quam pium, quam tranquillum & vtile

UNIVERSITÄTS- UND LANDESBIBLIOTHEK HALLE (Saale)

vtile Reipub. munus sit, nō abhorrebit ab eo vitæ genere. Sed priusquam id munus susceperit, antecessisse oportet magno studio partam eruditionem, & aptam ingeniis rudibus docendi rationem: oportet paucis esse cōtentum, non recusare molestias & labores, non moueri labore irrito, contemnere ingratos & superbos. Sine tali præparatione ad docendum qui accesserit, vbi negligentiam magistratus, incuriam parentum, hypodidascalorum insscitiam & pigritiam, discipulorum stuporem & cessationem, plurimorum obtrectationes, & eorum, a quibus adiuuandus erat, aduersationes expertus fuerit, si se frustra fatigando nihil nisi odium quærere intellexerit, quod optima quęque ingenia immatura ætate alio transferantur, caudicibus & stipitibus tantum relictis: & pudebit & pœnitebit temeritatis, qui quid ipse vellet & posset, tantum cōsiderarit: non iis etiam cogitatis impedimentis, quæ aliorum stultitia & improbitate possent obiici.

αἰσχρῶν. *Turpibus aliquibus exortis.*] Turpis est plerunque & ridiculus temeritatis exitus: vt & ipsa turpis est per se. Possit fortassis pro *αἰσχρῶν* legi *δυσχερῶν*, molestiis suboritis. etsi verbum *αἰσχυνθήσῃ*, *τοῖς αἰσχροῖς* bene cōuenit. Saluo tamen aliorum iudicio.

In Caput 35.

ἀναγκοφορεῖν, Vescendum vel inuito.] Plinius libro decimooctauo: Athletarum (inquit) capacitas, iumentorū similis. Et Galenus in exhortatione ad artes discendas *οἱ ἀθληπαὶ* (inquit) *τροφὰς ἀναφέρουσιν ἀναγκαζόμενοι πολλάκις, ἄχρι μέσων νυκτῶν ἐκτείνοντες τὸν ἐδωδόν*: Pugiles sæpe coacti edunt, cœna in medias vsque noctes producta.

γυμνάζεσθαι ἀναγκαίως.] Id est, *ἄκοντας καὶ ἀναγκαίως*, inuitos & necessario: sicut dicimus *ἑκοντὶ εἰδώς*, de iis quę coacti facimus.

μὴ οἴνου, ὡς ἔτυχεν, Non vinum, vt contigit.] non suo arbitratu, sed præfinito, & ex præscripto.

τοῦ ἐπιστάτου.] magistro, lanistæ: quē *παιδοτρίβου* alias appellant, ab exercēdis pueris, & *γυμνασιάρχου*.

χεῖρα βαλεῖν.] Argētinensis codex habet *βλαβεῖν*: sed *βλαβῶσι* rectius legi videtur, quam *ἀποβαλεῖν*, aut *λα-*

ϛεῖν. Quod si χεῖρα ϛαλεῖν proiniicere manus aduersario, & χεῖρα λαϐεῖν prehendere intelligas (est enim quinquercionum, & impellere & attrahere aduersariũ) vt sententia per se absurda non sit: huic tamen loco nõ conueniet, in quo de infelici luctæ euentu agitur.

πολλὴν ἀφὴν καταπιεῖν, *Multam haphen deglutire.*] Hoc quid sit, declarat Ouidius libro nono Metamorphoseωn:

Ille cauis hausto spargit me puluere palmis,
Inque vicem fulua tactu flauescit arena.

ἀφὴ tactus, παρὰ τὸ ἅπτεσθαι a tangendo, hic arenam seu puluerem significat. puluis enim a pugnantibus iactari solet, qui Græce ἀφὴ dicitur Budæ ad l. athletas. ff. de iis, qui notantur infamia. Hinc Prouerb. citra puluerem.

In Caput 36.

ἄνθρωπε πρῶτον ἐπίσκεψαι, *Homo primum considera.*] Vt palæstræ & luctæ, sic philosophiæ non quemlibet esse idoneum significat: vtrique opus esse patientia & corporis & animi. Quibus bonis qui destituatur, vmbratilis potius & pugil & philosophus futurus sit, quam verus. Deterret igitur, vt apparet, homines molles & delicatos a philosophia: aut potius ad eiiciendam ex animo istam mollitiem adhortatur, & excitat. Vt enim scopum istum a philosophia propositum non attingamus:

Est aliquo prodire tenus, si nõ datur vltra

Præstat partem aliquam stultitiæ & vitiositatis abiicere, quam integram vtramque retinere. Proponitur ἀπαίδευσια, boni consulamus μετριοπαίδευσιαν. Præstat moderate irasci, quam furere, si iræ plane resistere non possis. Hoc idem de aliis quoque affectibus intelligatur.

ὁμοίως δυσαρεσεῖν, *AEque fastidire.*] Refero ad fastidium morosorum hominum, in cibo & potu præsertim δὶς δρεσᾶν, bis prandere, videtur ineptum: nisi per alterum prandium, ientaculum intelligatur, κατ' ἀνυφηλοσίαν. Plato certe epistola septima, negat quenquam posse fieri sapientem, virtutisque compotem, δὶς πε τῆς ἡμέρας ἐμπιπλάμενον ζωῆς, καὶ μηδέποτε κεκμεώμενον μόνον νύκτωρ, qui more Italico & Siculo, bis eodem die impleatur, & noctu nunquam solus dormiat. Quod autem

antece-

antecedit, δακεῖς ὅτι ζῷα ποιῶν: pronomen ζῷα, sensum ambiguum facit. Sed referendum est ad philosophiam, non ad quinquercionem, quorum exempli gratia mentio incidit. Igitur ζῷα ποιῶν, ζῷα τῶν φιλοσόφων, ἤτοι φιλοσοφῶν: ea quæ philosophorum sunt, siue, si philosopheris.

ὁμοίως. [ὥσπερ νυνῶ, æque vt nunc: Philosophia (inquit) aliam vitã affert, alios mores postulat.

ὑπὸ παιδαρίου καταφρονηθῆναι, *A puero contemni.*] Philosophi vtique contemni vulgo solent, pugiles vero sunt admirationi.

ἀπολαβεῖν τούτων ἀπάθειαν, *Redimere animi tranquillitatem.*] Qui turbulentis affectibus, vt ira, metu, cupiditate vehementi, sæpe agitatus, tranquilli animi qualemcunque gustum semel duntaxat cepe rit: eum haud dubie quouis pretio redimendum putabit. Sed subinde oggannit praua consuetudo, animi tranquillitatem negatam esse homini: neque frustra affectandum, quod contingere nequeat, in nullis præsertim, aut rarissimis exemplis: iisque imperfectis, & ideæ philosophicæ nequaquam respondentibus. Proficeremus tamen aliquid, si conaremur, & neruos intenderemus. Id quod in iis cernimus, quos non philosophia, sed fortuna durius & diutius exercuit, quã multa illi ferunt æquis & constantibus animis, quæ alij nullo modo posse ferri existimant? Sed fit illud consuetudine & stupore quodam; philosophica vero æquanimitas ratione moderatrice gloriatur.

ἵνα δεῖ σε ἄνθρωπον, *Vnũ te oportet esse hominem.*] Veriss imum præceptũ, ac poti" oraculum: cui me ab ineunte ætate non paruisse quantopere pœniteat, dici non potest. Fui modo scholasticus, modo scriba, modo aulicus, modo pædagogus, modo Bibliothecæ præfectus, modo scholæ gubernator: idque eo vsque, vt nunc quid sim, pene ipse ignorem. Mirabiliter distrahit varietas, & crebræ mutationes, ingenium. Quod si mihi in vno Philosophiæ studio ab ineunte ætate elaborare licuisset, cui me fuisse natũ arbitror: fortasse profeciss emus aliquid. Verum ita cum iis agitur, qui nec ipsi sapiunt, & bonorum doctorumque con-

filiis in adolescentia destituuntur. Magis tamen reprehendendi sunt, qui recte monentibus non obtemperant: & discendi occasione vel non vtuntur per socordiam, vel abutuntur ad luxum, nequitiam & omnis generis malitiam.

In Caput 37.

τοῖς χέσεσι παραμιξεῖται.] Affectiones adhibētur tanquam norma quædam ad officia metienda. Alias ἀφέσεται, reperiuntur. χέσεις appellat τὰ πρός τι, ea quæ cum aliquo conferuntur. quare affectiones, quam habitus, vertere malui.

φύσει ὢν, ἀλλὰ πρὸς πατέρα.] Videtur interrogatiue legendum φύσει ὢν, cōiunctus es? & addenda negatio, οὐκ ἀλλὰ πρὸς πατέρα: Non, sed cum patre. Sed & hic statim occurrit: Si pater pro hoste se gerit, cur ego me pro filio geram? In promtu est responsio: Aliena improbitas non est imitanda. At difficile est amare hostē? Difficilia, quæ pulcra. At ista laude carere malo. Tuo vtique malo. Quem vero fructum ex alienæ improbitatis imitatione capis? Nullum, opinior: atque vtinam non impietatis etiam, aut certe neglecti officij cōdemneris. Animi tranquillitate omnino carebis, morsu cōscientiæ non carebis.

In caput 38.

ὅπου τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ ὅσιον, *Vbi vtilitas, ibi pietas.*] O admirabilem sentētiam, atque adeo in speciem impiam: sed ita tractatam, vt & humani animi simulationem retegat, & religioni vix quicquam possit magis esse consentaneum.

κατὰ τὰ πάτρια, *Ritu patrio.*] Cum pietas in animo posita sit, de ceremoniis non magnopere putat esse laborandum. Quod si nostro seculo persuaderi posset, tranquillius viueretur. Persuaderi autem posset, si potius e religione viuere, quam de religione disputare studeremus: si veritatis cupidiores essemus quam vanitatis, hoc est, ambitionis, æmulationis, auaritiæ, vltionis, & si quæ sunt aliæ pestes animorum.

ἑκάστῳ, *Vnicuique.*] Alias ἑκάστοτε, quouis tempore.

καθαρῶς, καὶ μὴ ἐπισεσυρμένως.] Intelligere pro εἰλικρινῶς, καὶ μὴ ὑποκεκριμένως, ex animo, & non simulate: ni Simplicius scriberet, τὸ ἐπισεσυρμένον μεταλαμβάνει πρὸς ἐκεῖ

ἐπὶ τῷ ἰδιάφους ἀναθαρσίας, Id quod attrahitur, sordibus a solo contaminatur. Eo igitur auctore, hoc loco frugalitas luxui, aut mundities sordibus opponitur.

In Caput 39.

Οτι πᾶν τὸ ἀποβησόμενον ἀδιάφορον, *Quicquid euenturum sit, id esse indifferens.*] hoc est, neque bonum neque malum per se, sed pro vtentis animo vel bonum vel malũ. Veteres Stoici res corporeas & externas, non bona & mala, vt cęteri mortales, sed προηγμένα producta, prælata: & ἀποπροηγμένα reiecta, improbata nominarunt, ἀδιαφορίαν Aristoni, Pyrrhoni & Heryllo tribuit Cicero, quos rerum aliquẽ delectum reliquisse negat. In horum igitur sentẽtiam inclinasse videtur hic Epictetus.

μίμνησο τίνας συμβούλους παρίλαβες, *Memento quales in consilium adhibueris.*] Necesse est vatum, augurum, aruspicum magnam fuisse in diuinando solertiam. Alioqui enim prædictiones eorum, vir tanta grauitate, pro diuinis responsis non habuisset.

ἐξέβαλε δὲ ναῦς.] Historia est apud Simplicium.

In Caput 40.

ἐπί τε σαυτῷ ὤν.] Id est, μόνος καὶ κατ' ἰδίαν: cum solus, & ipse tecum es, hoc est, cũ nullis distringeris alienis cogitationibus.

In Caput 41.

καιροῦ παραπαλαιοῦντος, *Tempore comitante.*] Rectius παρακαλοῦντος, aduocante, hortante.

In Caput 42.

ἐν ἀλλοφύλοις ἀπολῆφθαι τύχοις, *A peregrinis circumuentus.*] τοὺς ἀλλοφύλους τοῖς οἰκείοις opponit: & eos intelligit homines, quos pro auctoritate monere non licet.

In Caput 45.

Τὰς ἔξω ἰδιωτικάς.] Τὰς ἔξω, scilicet τῆς ἰδίας οἰκίας, foris extra tuas ædes. Τὰς ἰδιωτικὰς, τὰς ἀφιλοσόφους, conuiuia plebeiorum hominum inerudita, quæ nihil cum philosophia commune habent, nec commercij quicquam.

In caput 47.

μηδὲ ἐλεγκτικὸς, *Ne sis obiurgator.*] Christiana caritas, & peccantes argui, & contumaces vitari iubet.

In Caput 49.

Ὅτι ἐθαύμασας τὸν θέαν, *Te ſpectaculum eſſe admiratũ.*] hoc eſt animo eſſe leui, & futilium rerum ſtudioſo.

Horatius:

Nihil admirari, prope res eſt vna Numici,
Solaq; quæ poſſit facere & ſeruare beatum.

In Caput 51.

Τί ἂν ἐποίησεν ἐν τούτῳ Σωκράτης, *Quid in eo feciſſet Socrates?*] Id ex vtriuſque dictis & factis colligere licet, quoniam ſcripta neutrius habemus. Sed niſi eruditione & conſtantia vtriuſque præditus fueris, male tibi vertet inepta imitatio: & fortaſſis ne illi quidem vbique decorum cõſeruarunt.

In Caput 52.

Ὅτι ἐκλινάχθησονταί σοι αἱ θύραι] Sententia ſatis aperta eſt. Quid vero ſi ἐπικλινάχθησονταί σοι legatur? occludentur tibi fores cum impetu, per contemtum ſcilicet & indignationẽ. Aut eſt hypallage, pro, σὺ ἐκλινάχθήσῃ τῶν θυρῶν, eiicieris foribus. Argentinenſis codex habet, ὅτι σὸν ἐκλινάχθήσονταί σοι, pro ἀνοιχθήσονται. Et paulo poſt, pro ἀλαβεβλημένον πρὸς τὰ ἐντός, habet ἀλαπεπληγμένος: alterũ percelli, alterum criminari ſignificat. Ego mallem κεκλεβλημένος, eius qui proiectus ſit ad res externas, qui humi ſit abiectus, & rerum externarum mancipium: qui huiuſmodi fruſtrationes æquo ferre animo non didicerit, & contemnere.

In Caput 54.

ὀλισθηρὸς γὰρ ὁ τρόπος, *Lubricus enim modus*] Malim τόπος, locus.

In Caput 55.

Ἐπίπληξιν τῇ προπετείᾳ.] προπετείᾳ, ſcilicet εἰς αἰσχρολογίαν.

In Caput 56.

ἀλλ' ἐνδεξάσθω σε τὸ πρᾶγμα, *Exſpectet te negotium.*] Argentinenſis rectius opinor, ἀλλ' ἐξητάσθω τε τὸ πρᾶγμα, examinetur, expendatur.

In Caput 57.

εἰ μὴ σὺ ὀρθῶς ποιῇς, *Nam ſi non recte feceris.*] Cynica impudentia, in propatulo facienda ea quæ naturæ fert neceſſitas, Epicteto nõ probatur. Vult tamen philoſophum auſteriorem eſſe, quã Cicero: qui monet, aliorum iudicio permulta nobis & facienda

facienda & non facienda & mutanda & corrigẽda esse. Cui rectius parebit, qui Stoicam animi cõstantiam nondum est assequutus.

In Caput 58.

ὡς τὸ ἡμέρᾳ ἐστὶ, ἢ νύξ ἐστι. Hic locus per se mutilus, in vtraque Basilienſi editione ſuppletus est. Sed haud abs re mireris, cur pronuntiatum dialecticum ad conuiuij rationem accommodarit? Monere fortassis adolescentes voluit, elaborandum esse potius, vt boni sint ratiocinatores officiorum, quam vt arguti dialectici euadant: & quæ dialecticis rationibus probata fuerint, ea in cibo & potu omnique vita vsurpanda esse: & naturalem appetitum ita moderandum, ne cæco nostri amore impulsi, vel ciuilem consociationem violemus, vel intemperantia nostra dedecus aliquod suscipiamus. Cum autem supra vitam conuiuio comparauit, hoc præceptum ad omnes vitæ nostræ actiones accõmodetur: & vbique non priuatæ cupiditatis & vtilitatis, sed æquitatis & societatis ratio habeatur, & voluntas conuiuatoris, hoc est Dei spectetur.

In Caput 61.

κεντητὸν.] Siue artificioſe dissectos, siue pictos, siue gemmis aut imaginibus interpunctos calceos significare videtur. Byzãtinis, rubri calcei signum Imperij fuerunt: virides, insigne Cęsarum: quibus aliquando aurea aquila intertexebatur. Politianus, Punctabundum vertit Vetera lexica vertunt, τὸ κεντητὸς punctus, punctis distinctus. Hinc ἀκέντητος stimulo seu aculeo non ictus. Pind. Olymp. de equo δεμὰς ἀκέντητον ἐν δρόμοισι παρέχων, id est, αὖθι κέντροιο θέων, vt Homerus loquitur.

In Caput 64.

καθήκειν αὐτὸν οἰόμενος ποιεῖ ἃ λέγει, *Eum opinatum esse id ex officia sibi fuisse.*] Idem & Pletho monet, & accusandos nos ipsos esse, qui aliud persuadere, atque alios in nostram sententiam perducere non possimus. At dices, sæpe sciunt iniurij & maledici homines, improba & se indigna esse quę faciant. Respondet Epictetus: Tanto igitur peiores & miseriores sunt ipsi: tu vero neque peior, neque miserior.

Imo eorum improbitas mihi fraudi est, quod existimationem meam lædũt, quod fortunas imminuunt, quod corpus vi aut veneficio affligunt, quod obstant commodis? Respondebit Epictetus, ista non tua esse, sed aliena, & nihil ad te attinere. Qua de re & supra plura dicta sunt: & e Simplicio, Tomo huius operis secundo proferentur.

τὸ ἀληθὲς συμπεπλεγμένον, *Veritatem complexam, siue inuolutam, intricatam, perplexam.*) Vt apud Sophoclem in Electra, non ideo mortuus erat Orestes, quod se illius ossa vasculo inclusa afferre Ægystho & aliis persuaserat. Simplicius aliam affert expositionem, quam suo loco videbimus. Nolumus enim huc omnia congerere.

In Caput 66.

σὺ δ' οὔτε κτῆσις εἶ, οὔτε λέξις: *Tu vero neque pecunia es, neque dictio.*) Dices Esto: sed propter opes, eloquentiam, potentiam, magnifico. Istud ipsum reprehendit Epictetus, qui solam sapientiam & virtutem magnifaciendam censet. Quis vero, nisi homo pessimus & abiectissimus adulator, magnifecit Neronem Cæsarem, quamuis præter opes & imperium, disertum, poetam, musicum? Sani hominis animus abhorret ab iis probandis, quorum nota est vel stultitia, vel improbitas: vtut propter fortunæ munera & prauam consuetudinem honos iis in speciem sit habendus ac deferendus.

In caput 67.

ἄλλας μὲν φαντασίας καταληπτικὰς καταλαμβάνειν, *Alia visa certe comprehensa habeas, aliis assentiaris.*) Fortasse καταληπτικῶς: etsi Atticismi species aliqua esse potest. Sed quid illi interest inter κατάληψιν & συγκατάθεσιν? Nec enim assentiendum temere est iis, quæ non certo comprehenderis. Fortassis ergo addẽda negatio, ἀ συγκαταθήσῃ non assentiaris, visis scilicet non certo comprehensis & perceptis. Simplicius & hunc locum aliter interpretatur.

In Caput 71.

πᾶσαν ὠφέλειαν ἐκ βλάβης ἐξ ἑαυτῆς προσδοκᾶν, *Omnem vtilitatem & damnum a seipso exspectare.*) Vtilitatem, si recte sentiat, & natu-

ram

re congruenter viuat: damnum, si contra.

Nos vero & ponimus & sumimus secures

Arbitrio popularis aurae: vt canit Horatius Poeta inter Lyricos optimus.

In Caput 72.

ἀδέ'να ψέγῃ, *Neminem vituperat.*] Scilicet curiositate aliqua rerum alienarum, aut cæco sui amore impulsus. Agrippinum laudat ipse Epictetus: sed cur? vt eius exẽplum alij imitentur. Alios reprehendit: quamobrem? vt emendentur. Videtur igitur hæc sententia μὴ ἀναδιορισμῷ ἴνα intelligenda.

τῶν καθεστώτων, *Eorum quæ recepta sunt, quæ iam adsunt.*] Malim, vt alii codices habent, τῶν καθισταμένων, pro ἀποκαθισταμένων, eorum quæ incipiunt restitui in integrum: vt significetur initium, καὶ τὴ ἀναβολὴ recuperandæ valetudinis.

ὄρεξιν ἅπασαν ἦρκεν ἀφ' ἑαυτοῦ. *Desiderium omne a se remouit.*] Alii ἦρχεν, vel εἵρηκεν, vtique perperam. Sed quia sequitur, Appetitione remissa vtitur: pro εἵρηκεν legendum videtur ἤρτηκεν, ab ἀρτάω: Omne desiderium ex sese aptum habet, vt apud Platonem in Epitaphio, ὅτι ἀνδρὶ ἐξ ἑαυτοῦ πάντα ἤρτηται, Cic. in Paradoxis: Nemo nō beatissimus esse potest, qui est totus aptus ex sese, quique in se vno ponit omnia. In Catone interpretatur, bona omnia a se ipso petere. Sententia Epicteti esse videtur: Eum qui proficiat, nihil desiderare, quo frustrari possit. Sed si quis Simplicianam ὀρέξεως & ὁρμῆς distinctionem hic sequi mauult, non impedio.

In Caput 73.

καταμαθεῖν τὴν φύσιν, *Naturam cognoscere.*] Eam scilicet, quæ homini diuinitus tributa est: studeo cognoscere, qua conditione me Deus in terris esse ac viuere velit.

In Caput 75.

τὸν διαιρετικὸν λόγον, *Rationem diuidentem*: seu, *distinctionem rationis*: aut, si magis placet, *orationem distributricem.*] Eam partitionis rationem intelligo, qua initio dixit, quædam in potestate nostra esse, quædam non esse. Quid vero si τὸν δὴ αἱρετικὸν λόγον legas? Frequens Stoicis formula, ὅσα αὐτὸ ὁ λόγος αἱρῇ.

In Caput 79.

Mirum est, symbolum Epicteti ἀνέχου καὶ ἀπέχου, Sustine & abstine, esse prætermissum. Et Euripideum illud, οἰστέον τ' ἐλπιστέον, Tolerandum & sperandum. Mihi vero precatio illi Euripidea valde probatur:

ὦ Ζεῦ πατήρ τε καὶ Ζοφὸς κλήζῃ θεὸς
βλέψον πρὸς ἡμᾶς, καὶ μεταύσταθμον κακῶν.

Quam eleganter conuertit vir doctiss. Vincentius Obsopœus:

Iuppiter alme parens, sapiens, iustissimus idem.
Respice nos miseros, atque medere malis.

HIERO-

HIERONYMI WOLFII
IN TABVLAM CEBETIS

Annotationes.

CEBETIS Thebani mentio fit in Phædone Platonis. Sed an hæc tabula sit illius, nonnihil dubito: quod præter alia, & Peripatetici hic arguuntur, quorum nomen (nisi lõgissima ætate fuerit vsus Cebes) tum nondum celebre fuisse, probabile est: & Platonis citatur auctoritas, & in Stoicorum sententiam auctor inclinare videtur. Suidas quidẽ, vt & Diogenes Laertius, Cebetis in hanc sententiam meminit: Cebes (inquit) Thebanus philosophus, Socratis discipulus, cuius Dialogi tres circumferũtur, Septima, Phrynicus, Tabula, atque etiam rerum inferarũ narratio, & alia quædam. Græca verba, πίναξ ἐστὶ δὲ τῶν ἐν ᾅδου διήγησις, corrupta videntur: & pro ἔστι δὲ, legendum, ἔπι δὲ: id quod a Iusto Velsio, viro doctissimo, est annotatum. Nam tabula hæc, humanæ vitæ, non rerum quæ geruntur apud inferos, descriptionem continet. Legi tamen ἔστι δὲ potest: cum hæc expositio sit non dissimilis ei quæ est de sortitione vitarum, in extremo Platonis lib. 10. de Republica, quæ apud inferos fieri perhibetur. & cum Pythagorea pictura sit: ad μετεμψυχώσιν, ac potius (vt recte Clemens) μετενσωμάτωσιν refertur.

ἐνέκειτο δὲ καὶ πίναξ, Inerat etiam tabula.] Quid vero si ἀνέκειτο legas? dedicata erat. Ab ἀνάκειμαι fit ἀνάθημα, sicut a ἀφίεμαι ἄφεσις: nom originis, sed significationis habita ratione.

ἔμπροσθε τοῦ νεῶ.] Τὸ ἱερὸν est totum templum: ὁ ναὸς, & Attice νεὼς, videtur hic esse pars templi interior. Suidas, ἱερὸν λέγουσι πᾶν τὸ ἀναθήμα τοῦ θεοῦ. Pollux ναὸν καὶ ἱερὸν pro eodem capit, & addit: ἔνθα ὃ καθιδρύομεν, σηκὸς, τέμενος, vt sit ἱερὸν ὁ ναὸς, locus in quo deos colimus: σηκὸς, & τέμενος, in quo simulacra collocamus. Videtur tamẽ ναὸς παρὰ τὸ ναίειν dici, vt sit ædicula in qua ipse Deus habitet. Si cui vero hæc

distinctio ἔτι καὶ νεὼ, vt Grammaticorum auctoritate non munita, displicet: Cebes primum ἱερὸν, deinde: νεὼν, varietatis causa dixit.

ἅτινες καὶ τότε ἦσαν, Quæ & quando essent.] Quid si πόθεν, vnde? præsertim cum sequatur, ἃ νῦν ἔστι πολιτικὸν ἀνάθημα.

ἄπαρ σοφιστῶν ἓν.] π, cũ graui.

πυθαγόρειον καὶ παρμενίδειον ἐζηλωκὼς βίον.] Cum Thebanus fuerit Cebes, probabile est, Thebis hæc quæ narrantur, gesta fingi, aut describi: & per hunc Pythagoreum Lysidem Epaminondæ & Philippi Macedonis præceptorem intelligi. Sed hæc nihil ad rem.

εἰ μὴ σοφόξεται καὶ σωθήσεται.] Non σοφόξηται, nisi etiam σωθήσηται, per η legatur.

τὶ ἀγαθὸν.] τί cum acuto, etiam in iis quæ sequuntur, scribendum.

ὡς αὖ εἰσέλθωσιν.] ὡς pro ἐπειδὴ, postquam.

εἰ σώζεσθαι μέλλουσι.] μέλλουσι, pro βούλονται.

τῷ εἴδει.] εἴδει, ab εἶδος: non ἔϊθος, aut ἦθος.

ποτηρίου νη.] Non ζί.

οἱ μὲν πλεῖον, οἱ δὲ ἧττον.] Ianus Pannonius ad animum suum:

Necte, cum porta Cancri egrederere calentis,
Lethea nimium proluit humor aqua.

πῇ δὲ ἀπάγουσιν αὐτούς,] Non αὐτοὺς. nam ἐγκλισις & ἐρώτησις acutum in fine postulant, non grauem.

αἱ μὲν εἰς τὸ σώζεσθαι, αἱ δὲ εἰς τὸ ἀπόλλυσθαι ἁλῶναι τῷ ἀπάτῃ.] Intelligi potest, falsas opiniones, prauas cupiditates, & turpes voluptates deducere ad interitum: contra, veras, rectas & honestas, ad salutem. Sunt enim δόξαι, ἐπιθυμίαι, ἡδοναὶ, τῶν μέν: hoc est, eiusmodi voces, quæ alias in bonam, alias in malam partem capiuntur, atque adiectiuis nominibus distinguuntur: sicut.

τύχη { ἀγαθὴ, κακὴ.

Sed quia sequitur ἁλῶναι τὴν ἀπάτῃ: significare videtur, eos qui errore se ingurgitarint, perire: qui vero eũ leuiter degustarint, seruari posse.

ὡς σφαδάζονται.] Fortassis σφαδάζονται, vides circũduci: vel, vt circumducantur. etsi σφαδάζονται pro σφαδόνται capere licet.

ὁρῶ ζῶντο.] Non ζῶντον.

ἡ παρ' αὐτῆς δόσις.] Fortuna leuis est: cito reposcit quæ dedit. Eademque vitrea est:

& cum

& cum splendet, frangitur: auctore Mimographo. Sic ille, momento est breuior, auraque leuior.

ἐκπλώσεις γὰρ μεγάλας] ἐκπίπλειν, excidere aliqua re, frustrari spe sua, voti non fieri compotem.

ὅταν τὶς αὐτῇ πιστεύσῃ] Nō αὐτῇ

ἁρπλει.] scilicet ἡ τύχη, Ea quæ Fortuna temere proiicit.

ἵνα ἐσί] Non ἐσὶ vt paulo post, ἐγαθὰ.

ὡς τὰ μὲν τάπων ἢ μὴ αὖθις.] Quæ bona, quæ mala sint, in fine libelli docet. Sed & Satyricus hunc errorem taxat his versibus:

Omnibus in terris, quæ sunt a
Gadibus vsque
Auroram & Gangem, pauci
dignoscere possunt
Quæ sint vera bona, atque
illis diuersa: remota
Erroris nebula.

παρ' αὐτὰς μᾶλλον.] Fortassis αὐτὰς aut est αὐτίπλωσις.

ἐρᾷς ἴσν, ὡς ὅταν παρέλθοις τὸν πύλον τοῦτον αὐτὸ περὶ ἄλλον ὡφέλιμον;] Tria septa maiora facit, quorum primi & tertii οἰκήματα, hoc est exstructa intra septa domicilia etiam ὡφελίμους vocat. Hæc neque sine pictura facile intelliguntur, & in ipsa pictura facilime aberratur: *Præsertim si sis spatiis exclusus iniquis.*

ἀσωτία.] Non ἀσωλεία. Prodigalitas.

παρ' αὐτὰς μᾶλλον.] Fortassis αὐτὰς. aut est αὐτίπλωσις.

ἔχουσα ἀδεμίαν.] Malim μηδεμίαν, vt concursus vocalium vitetur.

Παιδῆ (non πείθῃ) ὑπ' αὐτῶν εἰς τὸν ἡδυπάθειαν.] Nisi verbum aliquod defuerit, rarior constructio videbitur.

ὅταν ἓν πάντα αὐτοῖς ἀπολείπῃ.] Malim αὐτὲς ἐπιλείπῃ, vt Isocrates in Paræneſi: ἐπιλίποι δ' αὖ ἡμᾶς ὁ πᾶς χρόνος, &c.

αὖ μὴ μετάνοια αὐτὸ ἀπὸ τῆς τύχης σωσαντήσῃ] Fortassis ἀπὸ τύχης, idem quod κατὰ τύχην, forte fortuna ἀπὸ τῆς τύχης videtur significare, pœnitentiam a Fortuna interdum obuiam mitti afflictis. Sed sensus eodem recidit vtroque modo.

πάλιν ὠλαὶ ἄτραι ὑπὸ τῆς ψευδοξίας.] ψευδοδοξίας legendum (vt Clemens, Νικᾷ μὲν ἀλήθεια, ψευδοδοξία δὲ καταλύεται) ac potius ψευδοπαιδείας. nam de ea tantum hic agitur. Cum Cebete Plato consentit Epistola ad Aristodorum, cuius verba ascribere visum est: τὸ βέλτιον, καὶ πιστὸν, καὶ ὑγιὲς· Ἔστι ἐγὼ φη-

μι εἶναι τὴν ἀληθινὴν φιλοσοφίαν· τὰς δ' ἄλλας τε, καὶ εἰς ἄλλα τεινούσας σοφίας τε καὶ δεινότητας, καμψότητας οἰμαι θετέον ῥᾳδίων, ὀρθῶς ὀνομάζειν Hoc est: Constantiam, fidem, integritatem, veram philosophiam esse iudico. Cæteras autem & alio spectantes scientias & artes, elegantiam quandam & venustatem si dixero, recte me dicere arbitrabor. Et alibi: πᾶσα ἐπιστήμη χωριζομένη δικαιοσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, πανουργία, ἢ σοφία φαίνεται. Hoc est: Omnis scientia quæ remota est a Iustitia, cæterisque virtutibus, calliditas potius quã sapientia est appellanda.

πότερον ἔν καὶ ὧδε] Non ἀ. ἀπογνόντες τῆς ψευδοπαιδείας.] Desperata ope falsæ doctrinæ: vel ea reiecta: vel auersati eam.

τὴν τούτων καθαρτικήν.) a καθαίρω. non τούτε καθαρτικήν.

πρὸς τῇ θύρᾳ.] Non πρὸς nisi datiuo iungatur, πρὸς τῇ θύρᾳ: vel, πρὸς ταῖς θύραις, eodem fere sensu.

ἀποδειλιᾷν, & παρομένων). εἶεν, ἔφην ἐγώ, ὡς καλὸν τόπον εἶναι.] Videtur aliquid deesse, aut ponitur pro συχωρῶ, ὅτι καλὸς ὁ τόπος ἐστὶ: Assentior amœnum esse locum.

μέσῃ δὲ καὶ κεκερμένῃ ἤδη τῇ ἡλικίᾳ.] κεκερμένην ἡλικίαν intelligo, τὴν ἐπὶ τὸ γῆρας μᾶλλον νεύουσαν. & si fortasse legendum κεκλιμένῃ, vt alludat ad Platonicum illud: Beatum esse, cui vel in senectute contigerit veras habere de rebus opiniones. Tribuit autem Cebes veræ eruditioni iudiciũ de rebus bonis, malis, & mediis: prę quo omnem aliam cognitionem contemnit. Geneuense Lexicon κεκερμένην ἡλικίαν interpreratur ætatem, quæ sit firmo iudicio prædita.

δυσκατέρες τινὲς.] scilicet ἀκείνης. & τὸ τινὲς, περισσάζων δοκεῖ.

σολὴν ἔχουσα ἀσολῆν ἢ καλλωπισμόν. [Aut ἀπαλλὴν, Veste tenera & ornata: aut, ἀσολῆν καὶ ἀκαλλώπιστον. nam vestis simplex & inornata magis decere videtur Eruditionem. Nisi forte καλλωπισμὸς hic intelligatur τὸ καθαρτικόν, mundities & elegantia.

ἀλλά τινα ἔνεκεν, ἔξω τοῦ σφεβόλου ἔστηκεν ὅτως;] ἡ παιδεία scilicet, quæ τὸ καθαρτικὸν ποτήριον propinat. Verum enim iudicium, quo Eruditio confert, aditus est ad virtutem, & voluntatem excitat.

φιλοτίμως κάμνων.] Durum pro

pro καλεπῶς: aut φιλοπόνως, sedulo. Et paulo post pro μονόμυθον, videtur legendum πλουόμυθον: & pro καθέσηκεν, lego vel καθέσακεν per α, vel κατέσησεν per τ. Nam καθέσηκεν, & κατέση, passiue seu absolute: καθέσακε vero, & κατέσησεν, absolute significat.

εἰ δὲ μὴ ἐπείθετο: & mox, ἀπωθεὶς ἐξώλετο.

καὶ ἔξιν ἐκποιήσηθ' ὧν ἀκούετε.

ἐχ ἑαυτὸς, pro ἐχὶ αὐτοὺς legendum videtur: & si hæc librariorum, vt opinor, vitio subinde commutantur.

ἱλαραί τε, non ἥλαραί τε.

ἡ παιδεία παραλάβῃ αὐαπέμπθυσιν αὖται.

πρὸς τὰς αὐτ' δόσεις ἐχ ἥττους: vel, ἀηττήτους.

αὖθις δὲ ἀφελείας ἃ δέδωκεν τὸ μόνον redundat.

κελεύει ἓν αὐτῇ χρόνον πνὰ ἀναμετρίψαι.

παρ' αὐτά τι ποιεῖ.

ὁ μὲν δὴ μῦθος ὦ ξένοι.

ὅμως μέντοιγε σὸν ἄρχοντον λῶ καὶ ἡμᾶς αὐτὸς τῷ φωνῷ ἀκολουθεστέρως.

ἔχειν αὖ τι σωφρονοῦμεν.]Fortasse κάνπ. & paulo post, ὅσων αὖ τούτων τ' μαθημάτων ἄδεν κωλύσει χρείας: videtur καλὸς καὶ ἀγαθὸς, vel εὐδαίμονας addendum. nisi forte χρείας αὖ τούτων, capiatur pro μὴ ἔχειν τιῶτα, καὶ ἀχρειῶν. Similitudo autem illa de interprete videtur obscurior. sed hanc tamen eius sententiam esse reor, vt falsi nominis eruditionem interpreti virtutis: eos vero qui citra illam ad virtutem perueniant, orationem virtutis per se intelligentibus & conferat, & præferat alteris

καί τι τοῦτ' ὠφελεῖ αὐτὸς; ἔφη, ὅταν.

ἢ δυσμαθέστερον εἶσι. & mox, ὅτι οἱ ἐν τῷ δευτέρῳ τοῦ βόλῳ, εἰ μηδὲν ἄλλο ἀ τοῦ σοφοῦ ἴσασιν.

χὴ πείθωσιν, ὅτι ὑ παιδείαν.

δι' ἣν ἀπατῶνται καὶ οὕτω διακείμενοι.

ἀλλὰ ποιήσω τοῦτο, ἔφην ἐγώ.

ἀδύνατον γὰρ τὸ αὐτὸ πρᾶγμα. Neque enim fieri potest, vt res eadē & mala & bona sit.] Scilicet eodem tempore, eodemque respectu. Diuersis autem temporibus & respectibus potest: vt vini moderatus vsus bonus est homini recte valenti, febricitanti vero & immodice ingurgitanti nocet vinum. Stoicis cōcedi facile potest, opinor, eas res quæ hic recensentur, suapte natura & per sese medias atque indifferentes esse: sed pro earū vsu atq; abusu fieri easdem bonas aut malas, nec ipsi negabunt opinor, nisi con-

tentionis & nouitatis cupidiores fuerint, quã veritatis & concordiæ. Neque vero causam habent a communi omnium mortaliũ loquendi ratione discedendi, & pro bonis vitam & sanitatem indifferentia vocandi: nisi vt moueant, iis & recte vtendum, & non nimium tribuendum esse. Quanto simplicius, ciuilius & verius de rebus differit Terentius: Miserum? inquit. Quem minus credere est? Quid reliqui est quin habeat, quæ quidem in homine dicũtur bona? parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, diuitias. Atq; hæc perinde sunt, vt illius animus qui ea possidet. Qui vtiscit; ei bona: illi qui non vtitur recte, mala. Voces ἄμα ἀεὶ, simul semper, a nemine sano concedentur: nec esse quẽquam existimo, qui sic loquatur. sed ἐνίοτε, καὶ κατὰ διαφόρους χρόνους, interdum, & diuersis tẽporibus alias esse bona, alias mala, concedent opinor omnes.

σὸν αὖ εἴη ὅτε ἀγαθὸν εἶναι τὸ ζῆν.] Τὸ εἶναι redundare videtur, nisi peculiaris loquendi modus sit: vt apud Aristotelem, κατηγορεῖσθαι ἐν τῷ τί ἐστιν εἶναι.

καὶ αἱρετὸν καὶ φυκτὸν ἅμα ἀεὶ. Et expetendum & fugiendũ simul semper.] Neq; simul, neque semper; sed se orsim, & aliquãdo. Vita bono & sapienti viro expetẽda est, stulto & malo non item: vt sectio ægrotanti, valenti nequaquam.

καλῶς καὶ ἀνδρείως legendum.

σὸν δὲ τὸ ἀποθνεῖν.] Mors non per se expetitur, sed vt aut maius malum vitetur, turpitudo & miseria: aut maius acquiratur bonũ, immortalitas. His autẽ sublatis, vita morti semper anteponetur.

ὅταν ἢ τοιαύτης περίστασις. Si talis casus inciderit.] Vt si quis abutatur valetudine ad libidinem & iniuriam.

πῶς ἂν τοῦτο αὖ τις κρίνοι ἀγαθὸν εἶναι, ὃ πολλάκις ἀσυμφόρως ὑπάρχον ἀδαμῶς, Quo pacto quisquam id bonum esse iudicet, quod sæpe nequaquam suppetere expediat? Imo quis malum iudicet id, quo semper vti recte liceat, quoq; carere nunquam bono & prudenti viro sit commodum? Iã quod ante dixit, diuitias non esse bonas, propterea quod bonum non reddant: nonne eodem argumento concludi possit, aurum non esse aurum, quod possessorem aureum

aureum nõ faciat? quo quid ineptius & magis puerile?

καὶ οἴονται ἀρ' ἰδίων μόνων εὐδαιμονεῖν, Seque putãt per hæc sola beatos fore.] Hic quidem error iure meritoque reprehenditur. Sed si sapientia & virtus maxima bona sunt, non sequitur, sanitatem & diuitias non esse bona, sed imperfectiora & minora bona, & cum illis non comparanda: bona tamen suo loco, & recte vtenti Bonum enim cõsensu totius humani generis non id tãtum dicitur, quod possessorem bonum facit: sed illud etiam, quod ad naturam tum corporis, tum animi conseruandam & instaurandam facit. Cum igitur diuitiæ cibum, potum, vestitum, domicilium, medicinam, præceptores, otium, libros suppeditent? quę causa est, cur aut vituperentur, aut negentur esse bonæ? Verum ὑπερβολαί τε καὶ μειώσεις. Stoicorum eo pertinent, vt admirationem virtutis augeant, rerum externarum minuant. Vt enim plerique virtuti parum, fortunæ muneribus nimium tribuunt: sic hi contrariam ingressi viam, iniquum petere videntur, vt æquum ferant, more mercatorio atque etiam oratorio.

HESIODVS, A QVO CEBES nonnulla mutuatus esse videtur.

τῷ μὲν τοι κακότης γε καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι,
ῥηϊδίως, ὀλίγη μὲν ὁδὸς, μάλα δ' ἐγγὺς ναίει.
τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
ἀθάνατοι, μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν,
καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον. ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηαι,
ῥηϊδίη δ' ἔπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα.
ἐσθλὸς μὲν παναίσιος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει
φράσσάμενος, τά κ' ἔπειτα καὶ εἰς τέλος ἧσιν ἀμείνων.
ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
ὃς δέ κε μήτ' αὐτῷ νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
ἐν θυμῷ βάλληται, ὁ δ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ.

NICOLAI VALLÆ
interpretatio.

Quam facile innumeras vitiorum amplectimur artes?
Haud procul illa habitant, breuis est via qua sit eundum
Est via virtutis contraria: sudor anhelus
Hanc sequitur, quæ se scopulosis ardua cliuis
In longum prorumpit iter: riget aspera primo
Ingressu leuis est, postquam alta cacumina tanges.
Optimus hic, sese qui nouit cuncta magistro,
Prospiciens rerum fines, meliora sequutus.
Dignum laude virum, parentem recta monenti,
Credimus: ille tamen sibi qui non consulit, aut qui
Alterius præcepta fugit, vir inutilis exstat.

PYTHAGORAS, SIVE
Philolaus.

Πρῆξαι ἢ ταῦθ' ἅ σε μὴ βλάψῃ, λόγισαι ἢ πρὶν ἔργῳ·
Μὴθ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι πρὶν δ' ἑξαλλᾷς,
Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν.
πῇ παρέβαν, τί δ' ἐρέξα, τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη:
ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου ἐπέξιθι καὶ μετέπειτα.
δειλὰ μὲν ἐκπρήξας ἐπιπωλήσεο, χρηστὰ ἢ τέρπου.
ταῦτα πόνει, ταῦτ' ἐκμελέτα, τούτων σε χρὴ ἐρᾶν σε,
ταῦτά σε τῆς θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει.

VIRGILIANA, VEL ALTERIVS
cuiuspiam Paraphrasis.

Vir bonus & sapiens (qualem vix repperit vllum
Millibus e cunctis hominum consultus Apollo)
Index ipse sui, totum se explorat ad vnguem.
Quid proceres, vanique ferat quid opinio vulgi,
Securus, mundi instar habet, teres atque rotundus,
Externæ ne quid labis per læuia sidat.
Ille, dies quam longus erit sub sidere Cancri,
Quantaque nox tropico se porrigit in Capricorno,
Cogitat, & iusto trutinæ se examine pensat,

Ne

Ne quid hiet, ne quis protuberet angulus, æquis
Partibus vt coeat, nil vt deliret amussis:
Sit solidum quodcunque subest, nec inania subtus
Indicet admotus digitis pellentibus ictus.
Non prius in dulcem declinat lumina somnum,
Omnia quam longi reputauerit acta diei.
Quo prætergressus, quid gestum in tempore, quid non?
Cur isti facto decus abfuit, aut ratio illi?
Quid mihi præteritum? cur hæc sententia sedit,
Quam melius mutare fuit? miseratus egentem,
Cur aliquem facta persensi mente dolorem?
Quid volui, quod nolle bonum foret? vtile honesto
Cur malus antetuli? num dicto, aut denique vultu
Perstrictus quispiam? cur me natura magis, quam
Disciplina trahit? sic dicta & facta per omnia
Ingrediens, ortuque & vespere cuncta reuoluens,
Offensus prauis, dat palmam & præmia rectis.

LITERA PYTHAGORÆ.

Littera Pythagoræ, discrimine secta bicorni,
Humanæ vitæ speciem præferre videtur.
Nam via virtutis dextrum petit ardua callem,
Difficilemque aditum primum spectantibus offert:
Sed requiem præbet fessis in culmine summo.
Molle ostentat iter via lata: sed vltima meta
Præcipitat captos, voluitque per ardua saxa.
Quisquis enim duros casus virtutis amore
Vicerit, ille sibi laudemque decusque parabit.
At qui desidiam luxumque sequetur inertem,
Dum fugit oppositos incauta mente labores,
Turpis inopsque simul miserabile transiget æuum.

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-141703-p0131-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-141703-p0134-5

Le 2548

ULB Halle
004 830 164
3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-141703-p0135-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-141703-p0136-6

EPICTETI STOI-
CI PHILOSOPHI
ENCHEIRIDION

Item,

CEBETIS THEBANI

Tabula

De vita humana prudenter instituenda.

HIERONYMO WOLFIO IN-
terprete, cum eiusdem An-
notationibus.

Cum gratia & priuilegio Sac. Cæs. Maiest.

Gymnasium zu Quedlinburg

COLONIÆ, In Officina Birckmannica,
Sumtibus Arnoldi Mylii

Anno M. D. XCVI.